NEGRONI
ISAGOGE
Ad Poeticam Facultatem

Negroni
Isagoge
Sec. XVIII

288

[illegible]
[illegible]
XVIII
[illegible]8

Jacobus Marchi
1724

Isagoge

OTELIO

Ad Poeticam Facultatem

Ter, et mutata semper Methodo, ac scriptione auditoribus meis perceptiones Oratorias tradidi, qua in re nisi meo muneri fecerim satis, operis difficultas, et ingenij mei tenuitas culpandę sunt, cum desidię nihil, ac negligentię sit imputandum, quas citra inanis iactantię uitium possum asserere, nullum sibi ius unquam in me acquisiuisse. Credi posse alteram mei muneris partem aspernari, aut saltem minoris facere, nisi de facultate scribendum aliquid traderem; quippe ad orationem non minus numeris poeticis

illigatam, quam liberam, et ab ejsdem so=
lutam institui poscunt, qui meę discipli=
nę se crediderunt. De Poesi igitur leges
aliquas, ac canones tradam, non quidem
ea omnia complexurus quę de facultate
amplissima dici possunt; quandoquidem
hęc ingentia uolumina impleuerunt,
et talia uideri possunt, ut numquam satis,
et quantum res postulat pertractentur. Pro=
pterea ex industria Isagogem appellaui
tractatum nimirum breuem introductionē,
qualem non omissis cęteris exercitatio=
nibus auditores mei ualeant quomodo scri=
bere, et perlegere.

Claritatis ergo in quatuor partes
opus distribuam. Quarū prima substantiam
poetices, et eius partes amplectit. Secunda
uersabitur circa materiam, et dictionem.
Tertia in examine nobilioris partis, uide
licet epopeę consistet. Quarta tandem de

Poetis

Poetis iudicium ferret, et latinos cum Græcis, Italicos qui nempe numeris uernaculis cecinere cum latinis comparabit. Prolegomena consulto pretereo faciunt enim ea magis ad pompam, quam ad profectum discipulorum, nec angustia temporis patitur, ut circa minus utilia immorer. De utilitate igitur nobilitate, ac prestantia poeseos nihil dicam. Tacebo laudes nobilis si meę facultatis; si quis enim ex meis auditorib; eorum studio capiatur, affatim audiet, ex quotidianis lectionibus, orationis Ciceronianę pro Archia, quam hoc anno interpretandã aggressi sumus. Neq; in eo imorabor, ut ostendam logicę partem esse poeticam quippeq; sit argumentatiua, et anthimemata struat, quod logicę munus est proprium. Id enim solum spectat ad cognitionem in tragędia, uel comedia, non ad alias partes, uel species ipsius poeticę ut doceat Antonius

Riccobonus in præfatione ad Poeticam Aristotelis. Non omittam tamen de inuentione et exordiis poeticæ aliquid perlibare cum de inuentione egerit Aristoteles aliquin prolegomenum non amator, ut in eius operibus patet, et principia rerum de quibus agimus intelligere numquam non iucundum esse soleat.

Caput Primum

Quomodo inuenta fuerit Poetica, et quæ eius natalia.

Duabus ex causis gigni Poeticam Aristoteles auctor est, quarum alteram aperte producit eamque imitationem esse asserit; alteram uero inuolutè adeo indicat ut prætermissam esse, non pauci suspicientur. At ex Robortelli Utinensis interpretatione docet Paulus Benius ab Aristotele poeticæ causam alteram assignari, imitationis delectationem. Nos igitur horum auctorum

sententiã

sententiam secuti duas has causas assignabimus imitationem, et imitationis delectationem, seu gaudium.

Imitationem esse homini naturalem probat Philosophus quatuor argumentis. Primum est, quia Pueri, in quibus nullum aut sanè modicum electio locum habet; imitantur, et hinc est, ut locutionem ediscant. Secundum, quia imitatione ab aliis animantibus differt; quamvis enim brutorum animantium aliqua, ut inter quadrupedes simus et cercopithecus pica, et sittacus non nihil imitentur, attamen homini id maxime peculiare qui non voce solum, et gestu, sed modis aliis innumeris imitatur. Tertium quia homines perceptiones primas, per imitationem faciunt; quandoquidem, ut aiebam, a pueritia multa discunt per solam imitationem; Quartum quia gaudent omnes rebus imitatione expressis.

Quod loco argumenti quarto loco aduxi causam alteram poeticę docet superius laudatus Robertellus, et cum Benius, quod nos etiam fusius ostendemus. Certum est neminem in ulla facultate posse proficere, quin eius studio, et delectatione capiatur. Propterea monet Horatius in arte; tu nihil in uita dices, faciesue mineruą; et huc spectat illud apud Plutharcum: Musicam docet amor; quod non tam, musica, quam de omnibus disciplinis dictum esse percipitur, quas nulli perfecte saltem discunt, quin eas amore, ac studio capiantur.

Itaq; ex perscripto Aristotelis si eius sensum recte prefati rettores attigerunt, insita à natura imitandi cupiditas, et eiusdem delectatio artem poeticam uel potius Poesim, quę paulatim deducta est ad artem, et leges, ac preceptiones accepit, genuerunt.

Consulto seiunxi poeticam à Poesi, quia Poetica significat disciplinam Poeseos, et artem

carendi

canendi; poesis est ipsa canus, siue canen=
di exercitatio. Oppido qui primi cecinere
Poesim habuisse dicendi sunt non vero Poe=
ticam, quia ruditer, ex instinctu naturæ
cecinerunt incondita carmina componentes
in quib; metrum, seu aliqua metri species
appareret, et quoquo modo audientium ani=
mos emulceret.

Cantus vero hic rudis eadẽ uia ad
rationem artis progressus est, et leges ac=
cepit, qua ad eandem artem deuenerunt
Musica, Rethorica, Dialectica, et aliæ
huiusmodi facultates, nimirum aduertentib;
homines tantum ab aliquib; bene, ab alijs
male fieri modum excogitarunt, quo sem=
per benefieri posset, et sub leges, ac re=
gulas coerceri, sicuti cum saltarent alij
bene, male alij, excogitata est ars saltato=
ria, quam qui recte perceperint, ita exer=
cent, ut sciant se recte saltare. Idem di=
da

de Musica, et universis artibz tam activis quam factivis, quę omnes ad ab auctoritatis normam, et canones receperunt, et in artē migrarunt.

In describendis poeseos natalibz haud quaquam scriptores conueniunt; Alij enī ad Nembrot ea rethraunt, alij ad Iubal-cain, siue Adiubal Caini pronepotis filios Lamech ex matribz tamen diversis. Malunt alij Abelem, cum Domino sacrificare poëtice cecinisse, nec desunt, qui Poesiī antiquissimam faciant, eam usq; ad exordia nascentis mundi producentes, cum dicant Angelos statim atq; ubi conditi sunt, hymnum Deo opifice cecinisse.

Mihi tamen placet cū Origene, Isidoro, et alijs, quos citat, et sequitz Ioanes Eusebius Rembergius de origine sacrę scripturę Libro 7.º c: 2.º, qui aliorz opiniones recitat, et refellit primum auctorem Poeseos

Poeseos fuisse Moisem, qui post transi=
tum Rubri maris, in quo Pharaon cum suis
universis copijs demersus est, canticũ eu=
caristicum cecinerit Deo gratias agens,
ob vitatam Egijpti servitutem, et liberta=
tem tyranno tam egregie multato compa=
ratam. Puto inquit Niorembergius, artificiosã
Poesim, cum discretio syllabarũ necessaria sit,
non nisi à Moise post litterarum inventũ intro=
ductam, haud bene siquidem nisi animadver=
sis litteris, animadvertantũ syllabę. Cum igitur
Moises litteras introduxerit, non ante illum,
hęc videtũ Poesis increbuisse; nam neq; arte
adiuvaretũ natura, nec littarę exempla eius
artificij, conservassent. Non autem proinde
inficiandum puto aliquando cantilenas
artificiosas ante Moisem potuisse accidere,
aut casu aut instinctu egregię alicuius
indolis. Id tamen non liquet, et certius
est a Moise, et alijs sacris scriptoribus
pro

promanasse in gentes artificiosā, et metricā doctrinam.

Mansit diutius apud Hebreos gloria poeticę facultatis, cum sacra oracula, et uaticinia metris illigata Prophetę recitauerint, et Iob, qui paulo Moise posterior uixit calamitates suas numeris Poeticis ijsq; ut palam est legentibꝫ elegantissimis prosecutus sit. In psalmis Dauidis, et epithalamo Salomonis poeticas leges eruditiores agnoscunt, nec easdem Debore cantico post Sisaram interemptum, et tribꝫ pueris in fornace Babylonica exultantibꝫ quisquā negauerit qui Hebraici idiomatis non imperitis fidē non deneget.

Ab hębręis migrauit poesis ad Gręcos, penes quos habuit mirabile incrementum, et in Homero presertim ad fastigium magnitudinis uenit. Primos qui eam ab hębreis acceperit fuisse aiunt Orfeum, et Linum utrumque gręcorꝫ earumdē fabulis comendatis-

simum

simum, cum utriq; Apolinem Deum ex maxi=
mis creditum Patrem ascripserint, matre uero
Caliopem musarum Principem creditam. Super=
sunt adhuc Poemata, que Orfei esse dicuntur.
Ad id negat Ludouicus Delacerda eorum, qui in
Opera Virgilij comentaria, et interpretationes
scripserint prestantissimus; arbitror in Grecia
idem, quod in latio expertam fuisse Poesim
ut nimirum a paruis initijs paulatim creue=
rit eam assecuta dignitatem, et excellentiam
in Homero, ultra quam progredi uetitum o=
mnino fuerit; illud incomodum subijt in Gre=
cia hec facultas quod uidelicet superstitionem
uulgauit, et impiam de Deorum pluritate sen=
tentiam celeberrimam facit; quo nomine nequi=
dem legendos huiusmodi Poetas scribit Ter=
tulianus. Accedit quod scelestissimos facie=
bant, quos Deos esse fingebant. Atque adeo ex
eorum cartu Jupiter Deorum maximus creditus libi=
dini nulli peparcit modo plumescens in cignum

modo in Aquilam evolans, nunc in taurum mugiens, nunc in imbrem aureum eliquescens, quo puellarum pudicitiam opprimeret, et in eas obscenitates ubiq. pronus, et paratus quas in homine quopiam ipsi etiam ethnici insectant. Sed id argumentum ab hoc loco alienum est.

Celeberrimi in Grecia Poetæ fuerunt Homerus, et Hisiodus, et adhuc dissidet inter scriptores uter eorum antiquior fuerit. Homerus illiadem, et odisseam geminum Poema composuit, in altero bellum Troianum prosecutus usq. ad Hectoris necem, cuius deinde opus supplevit Quintus Calaber usq. ad reditum Grecorum in Patriam post Troiam incensam, et solo equatum; in altero nempe Odisea scripsit peregrinationem Ulyssis in Troia ad Ithacam patriam, quæ peregrinationes decennium integrum consumpserunt.

Precipuo exiodi opera fuerunt plures

libri

sibi de agricultura, aliæ de generatione deorum
primos imitatus est in georgicis Virgilius, sicut
in Eneada Homerum, in bucolicis Theocritum.
alij exiodi sibi non digni fuerunt, quos quis:
piam sani consilij imitaretur. Qui n. ferat fabulas
tam deformes, quales sunt deos in tempore
natos, et plerosq; vero ex damnato concubitu,
et per vetitos Hymeneos? Eternitas ita Dei
propria est, ut pugnantia loqui tu sentias, si
Deum, et non æternum affirmes. Aliquando non
fuisse, et posse non esse se mutuo consecuntur.
quippe non potest sui nihilum, non deberi
illi qui aliquando fuerit intra nihilum. Deus
vero est quo nihil melius excogitari potest,
qui perfectionum omnium absoluit numeros,
et nihil habet de nihilo nempe carens om:
ni defectu maxime vero is defecit qui ita
est ut possit non esse nempe eius quam
habet existentiæ iacturam et dispendium pati.
Poesis ergo ad Græcos profecta superstitionem
aluit

aluit impijssime adolatriæ ministra, et re:
ligionis in cuius sinu nata fuerit nefa:
ria perduellis. Taceo Anacreontem, et Theo:
critum Teium illum, hunc Siculum utrumq;
amores impudicissimos poetico carmine pro:
secutum; nec Saphonis iuuat meminisse quæ
fæmina ingenij maximi naturæ dona obscæ:
nitate corrupit, et quam laudem nanscisci
potuerat in Poesi, turpiter amando, et obscæ:
nis cantioribз omnem amisit.

Ex Græcia transijt Poesis in Latiu, quod
cum eiusdem Latij incomodo contigisse auctor
est Uenusinus. Græcia capta ferum uictorem
cepit, et artes.

Intulit agresti latio, sic oridus ille
Deflexit numerus.

cecinit Horatius. Diu uero infans balbuit in
Italia; primi n. Poetarз non nisi incompte,
et inditer concinebant ut aparet in fragm:
entis Enij, qui licet maximo floreret ingenio,
ut

testatur Ouidius, artis tamen ruditatem non exuit, non nisi incompte uaticinatus. In plato, et in Terentio, qui fuere Ennio coaeui elegantiam sane maximam admiramur, et puritatem sermonis, Meritoque multorum conuitio uapulauit Horatius, qui Plautinos salem supra meritum nonnullis sapere affirmauerat, non nulla ergo uocabula antiquauit usus, et quasdam uocabulorum inflexiones ad maius aurium oblectamentum afformauit.

Longo post eos temporis interuallo scripsit Lucretius Clarus plura omnino poemata, quam, quae ad nos peruenere si non nullis credimus. Quae habemus sunt de natura, et in iis secutus est Lucretius Epicuri doctrinam quem ubique suspicit, et tantum non loco numinis ueneratur Empedoclem uero imitatus, qui ligatis numeris disciplinam phisicam explicauerat. Difficultatis ergo, quae multa in eius carmina

mire videt hic Fabio Quintilliano proba=
tus, quod illi tamen accidisse non modo
propter ipsam materiã. Sed etiã propter
egestatem linguæ, et rer; nouitatẽ idem
Fabius est auctor. In eo de Poetica fa=
cultate perperã meritus dici Lucretius
potest, quod ea est abusus ad confirman=
dos errores Epicuri de opificio mundi,
quẽ athomorum permixtioni casu archi=
tetante imputat, de diuina circa res
humanas in cogitantia cum deũ non nega=
uerit quidẽ Epicurus, ut Democritus fe=
cerat, sed in uastissimas cœli solitudines
ablegauerit. Nulli obnoxiũ studio, et æque
erga uirtutes ac uitia conniuenti, de om=
nis tandem religionis exilio quã impijssi=
mus philosophus igni, et aqua interdictis pro=
scribendam curauerat.

Virgilio pubertatẽ ingrediente Lucre=
tius interiuit. Horuere tamen intermedij
plures

eo quo. quod aureum litterarum seculum merito est appellatum. Nulli tamen quoad mihi innotescit Poema Epicum conscripserunt, sed Mimos alij, alij elegias Epigramata, et id genus poetica conscripserunt. Venit tandem ad suę magnitudinis verticem lattina Poesis in Virgilio, et impostarum cum quo progrederetur non superesse retrocedere coacta est. Tres sibi gręcos imitandos proposuit, ut superius innui nimirum Theocritum. Esiodum, et Homerum, et omnes sapientum iudicio vicit, cum bucolica, et georgica elegantius Theocrito, et Esiodo scripsit, in Eneide nobilior fuerit, quam in Iliade, et Odiseea Homerus. Ingenio minorem, quam Homerum nonnulli Virgilium fuisse contendunt, propterea quod non eque ac ille inventione valuerit in quam magna ingenij vis elucessit. Cęterum iudicio maiorem fuisse pauci negant utpote qui meliora sceligans à minutioribus

abstinuerit sed de hoc alias superstitionem, et Maro sectatus est, et ideo male meritus de Poetica sanctitate uerum hic non illi sed eius temporibus ad scribendum, quę ueri luminis substantiam ignorantia diuinitatem in plura capita distribuebant. Ioui quidem primas partes in republica, et quasi dicturam non tamquam in regni monarchiam tribuentia.

Eodem omnino filo sua poemata texuerunt reliqui poetarum quales fuere Ouidius in Metamorphose, Lucanus, Statius, et Claudianus, quorum poemata examinabimus ubi de Poetis iudicium ferendum erit ipdem sibi mutuo comitandi. Nunc iuxta propositum ordine definito poeseos afferenda.

Caput Secundum

Quid sit Poesis, et quot eius partes seu species

Poesis gręce idem est ac factio latine sic

iuxta

iuxta nominis Ethimologiam poeta factorem significat. Poema vero opus, siue quid factum. Differt vero Poesis à Poetica, quia poesis est ipsa factio, et potest etiam Poema nuncupari videlicet ipsum opus. Poetica vero est disciplina, et ars dirigens ad poema struendum. Proinde possumus in ijs eam differentiam assignare, quę est inter orationem, et artem oratoriam, et inter historiam, et artem qua docemur historiam scribere quandoque videntur apud auctorem coincidere Poesis, et Poetica ac promiscue una pro altera usurpari, quod videtur fecisse Aristoteles in proemio libri, qui de Poetica inscriptus est ubi se dicturum proponit de poetica eiusque generibus ubi certe non ait se de arte ipsa locuturum sed de arte facto nimirum de ipso poemate cum sit exploratum non artem sed poema diuidi in plura genera seu species, ut videbimus. Iterum in primo libro Rhetoricorum

idem

idem Aristoteles confundit Poeticam et Poesim; quod facit et plutarcus alicubi, et Tullius grecis imitatus cum diceret libro tertio de Oratore poeticam esse emendatricem modum Poesim intellexit artem pro opere usurpans more Aristotelis; et hec de nominis ratione. Quod ad rem attinet possumus uniter definire Poesim Artificiosam, et metricam dictionem; ubi dictio stabit loco generis due reliquę particulę metrica, et artificiosa erunt differentię per quas poesis à soluta oratione separetur.

Uerum hęc definitio patitur duas difficultates quę dissimulari non possunt; altera est quia uidetur non reciprocari cum suo definito cum possit dari dictio atificiosa et metrica quę non sit Poesis. Altera quia uidetur non esse de substantia Poesis, nec ad eius rationem spectare, ut sit numeris illigata cum in multorum sententia dentur

sen

seu possint dari poemata oratione numeris libera. Nos a longis concertationibus abstinentes utramq; difficultatem attingemus solum cum præsertim satis superq; in ea insudaverint non pauci auctores magni nominis, quos adire licebit.

Metrum esse omnino Poemati extrinsecum nec ad eius substantiam pertinere multi docent se sentire cum Aristotele profitentes, qui duplici loco quæstioni aditum aperit. Primus est Cap.e primo ubi cum decreverit substantiam Poesis in imitatione positam esse traditis instrumentis, quibus imitatrices artes uti solent asserit tamen non esse è poematum numero eijciendos sermones ridiculos Sophronis, et Xenarchi quos vulgo mimos appellat, et Platonis Dialogos quamuis carmen non habeat, sed oratione soluta imitetur. Cap.e vero 4.o docet Herodoti historiam quamvis metro vestitam nunquam

tamen

tamen historiam esse desituram. utrobique ergo philosophus docet accidere Poemati carmen neque eiusdem substantiam ingredi cum soluta à numeris oratio poetica esse possit.

Frustra conantur pro se interpretari Aristotelem non nulli eius explanatores dicentes Sophronis, ac Xenarchi, mimos saltem aliquam in partem metrum admisisse. Socratis vero dialogos non esse eos intelligendos, qui circumferuntur, et à Platone sunt scripti in quibus docentis personam induit Socrates, sed fabellas quasdam Socratis numeris alligatas. Proinde contendunt non posse ex ijs testibus, et Epici non esse carmen ad poematis substantiam necessarium.

Verum aut ego prorsus caecutio aut huiusmodi interpretes strenuissime allucinantur si n.^t bene Ludouicus Castelvetrus argumen-

tatur

tatq. Sophronis, et Xenarchi sermones de quibq
loquitq Aristoteles numeros poeticos habuissent
cum imitationem juxta ipsum Aristotelem conti=
nerent, quenam dubitatio in mentem illius ca=
dere poterat, quonam aliquam poematis speciem
pertineret? Idem dic de Socratis sermonibus
quos non metricos, sed solutos fuisse constat
eos nempe quos scripsit Plato, et grati animi
ergo Preceptoris sui nomine inscripsit.

Castelvetri doctrinam aliorumque plurium
preciperet, qui spectare ad substantiam poe=
matis carmen contendunt, nisi propter au=
ctoritatem Aristotelis ma usus in oposita
sententia confirmaret, nemo est qui è Poe=
matum sillabo expungere audeat comediam
que speciem poesis peculiarem cum trage=
dia constituit nempe dramaticam que latine
sonat representativam, hec fortasse antiquitus
numquam fuit Poeticis numeris absoluta. A
multo vero tempore pluras comedie scripte sunt

sunt in soluta oratione, et publice in theatris habitę magnū a spectantibꝫ plausū impetrauere. Populo nempe probatissime, cuius uotis occurrendum esse Horatius docet.

Tu quid ego, et populus mecū desideret audi primus qui huiusmodi comedias scripserit fuisse dicitꝫ Bernardus Cardinalis Bibiena à natali opido nuncupatus, cuius opus in uaticanis ędibꝫ habitū cum Leo huius nominis Decimus sacrarꝫ rerꝫ imperio preesset auctore in Elogio Cardinalis Bibienę Paulo Iouio miram hillaritatē audientiū animis conciliauit, et non semel repetitū fastidiū numquā ingenuit. Cuo autē nostro adeo hic usus comediarum absolutarū à numeris inualuit, ut eę sole uestiuntꝫ metro quę cantu recitantꝫ aliq fere omnes metro sint nudę. hęc libertas à numeris minus recepta uidetur in tragędia; non desunt tamen, qui ita scripserint, nec sine laude. nemo uero hactenus

formidauit

illud incomodum quod evitari non posse dixe-
rat Castelvetrus, ut nempe actores comici se-
cum loquentes in soluta oratione submissa
voce loqui debeant ne surdi, aut amentes
videantur, quod sit evitari in carmine vocem
nimirum elatiorem admittente, quam n. id sit
scrupulosum nemo non videt praeter Castelvetrum
qui sane in ijs minutijs, plus nimis occupa-
ri consueverit. Ut n. verisimilitudo in inter-
locutoribus sit observanda, qua videlicet se-
cum ipsis loqui non cum populo videantur; atta-
men patet omnibus eos adspectatores respi-
cere ad quorum aures dirigitur ad oculos vero
gesticulationes. Quo pacto igitur decorum violent,
et similitudine veri demoliantur altius attollen-
do vocem, quam in privatis congressionibus fie-
ri consuescat.

Iamdudum scribi cepta sunt quaedam
opera, quae lingua vernacula Romanci nun-
cupantur omnino fabulosa eoque filo contexta
quo

quo metrica multorum poemata imo horum princeps Ludovicus Ariostus uulgo nuncupari solet, et eo nomine ab Augustino Mascardo nuncupatus horum pleraque carnem reijciunt nec tamen è poematum catalogo expungi possunt Nobiliora quæ uiderint sunt Cariclea Heliodori Græci, et Ioanis Barclaij Argenis quibus ab eruditissimis fere hominibus tributum plurimum nec suo plausu, ac æstimatione carent Dianeas Ioanis Francisci Lauretani et Taliclea Ferantis Pallauicini cum alijs pluribus, quæ per manus iuuenum præsertim circumferuntur. –

Eodem pacto dicimus non esse Poema quidquid numeris illigatur, cum Aristotele historiam Erodoti in opus poeticum migraturam non foret quamuis metrum indueret, et hæc est fortasse ratio cur Arellus Lucanus Quintiliano uideatur oratoribus potius quam poetis enumerandus sicut ab alijs senatu Poetarum motus

motus in historicorum centurias migrauerit propterea quod bellum farsalicum, seu potius ciuilem inter Pompeum, et Cesarem, ea qua gestum est serie decantauerit. Ego uero ut exactius perpendemus, ubi de Poetis iudicium feratis cum ijs facio qui poeticam laurum nequaquam Lucano inuidentes omnibus nominibus poetam esse illum censet. Quamuis enim historiam pertexuerit ijs tamen coloribus narationes aspersit, quos poema, non historia suos agnoscat nec ardor concitatio, et claritas sententiarum, quæ in eo spectauit Fabius satis meo iudicio sunt ut in Oratorum classem reiciantur.

Ad eam quam ex Aristotele sententiam hauximus uidetur Uenusinus quarta satyra libri primi sermonis ubi sic loquitur

Primum ego me illorum dederim quibus esse poetas
excerpem numero; neque enim concludere uersum
dixeris esse satis. neque si quis scribat uti nos

sermoni propiora putes hunc esse poetam
Horatius igitur censet esse quid extrinsecum Poematis carmen nisi alia superaret, unde opus fiat poeticum. Subdit deinde fuisse in questione apud Eruditos an comedia inter Poemata si recensenda propter humilitatem sermonis.

idcirco quidam comedia nec ne poema
esset quesiuere quod acer spiritus hac vis.
nec verbis, nec rebus inest nisi quod pede certo
differt sermoni sermo merus.

Verum hic sensus quod spectat ad comediam quam sit alienus a mente Artis nemo non videt. Quandoquidem philosophus, ut infra videbimus in eo totus est ut ostendat poematis substantiam in imitatione positam esse, quamobrem Platonis dialogos inter opera poetica recensebat, et recenseri posse arbitrabatur propterea quod dialogus est imitatiuus, cum in eo non auctor sed persone

inter:

interloquant, quod magis proprie, et aposite fit in poemate dramatico cuius species est comedia. Ad solam igitur dictionem respexit Venusinus, ex cuius granditate, vel humilitate censendum existimat quinam inter poetas sit numerandus, vel in alias clases redigendus.

Non tamen sum nescius hoc de Poetica dictione iudicium fuisse ante Horatium in Cicerone qui tamen non ex sua, sed ex aliorum sententia loqui se profitetur in Oratore. Itaque inquit ille, video visum esse non nullis Platonis, et Demostenis locutionem, etsi absit à versu tamen quod incitatius feratur, et clarissimis verborum hominibus utatur potius poema putandum quam comicorum poetarum apud quos nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis nisi versiculi sunt. Quapropter dixit Horatius.

Ingenium cui sit, cui mens divinior atque os
Magna sonaturum des nominis huius honorem

Caput Tertium

Affertur alia definitio Poesis

Quoniam igitur ut bene perspectum est definitio tradita bonae deffinitionis leges non continet, operae pretium est aliam aucupemur, quae proposito nostro magis deserviat, et rei quam examinamus naturam exploratiorem efficiat.

Paulus Benius comentarijs in Poeticam Aristotelis ad particulam trigesimam tertiam affert deffinitionem per omnia causarum genera ex quibus poesis conficitur cum ait pagina apud me 181. Poesis est oratio non exiguae magnitudinis actionem imitans, qua non sine magna iucunditate ad virtutem excitantur et ad bene beateque vivendum diriguntur mortales. Subdit deinde explicationem singularum partium ostendens ut sibi videtur causas omnes in definitione coire. Continet inquit effectricem quae est imitator ipse.

cum

Cum. n. imitatio nisi ab imitatore profiscatur qui poesim imitationē facerit, is imitatorem quoq; ac proinde effectricē causā, uno uerbo Poetam ipsum designauerit. Materiā uero continet quę per actionē indicat. Ut. n. Faber id quod tractat, ut ęs aut lignum habet in materię loco, ita imitator mortalium facta seu uerius actiones (actiones cū dico ea quę electione, et consilio geruntur, ac uirtutem uitiumue, et uno uerbo mores referunt, intelligo Aristotele authore, atq; magistro) tanquā materiam tractat imitationē. Atq; hinc est ut pro certa quadam actionū uaritate poemata deinde uarientur, ac distinguantur. Sed et formā continet quę est ipsa actionis imitatio quę sane forma, et est poematis propria, et poema proinde ac quacumq; alia quę oratione utatur facultate destinguit, in certa ac definita illā distinguens species. Neque. n. quocumq; modo

actionē

actionem refert, sed proprio ac certo; sicut ab historico quoque differat. Siquidem historicus reuera humanas actiones non tam exprimit, et imitatur quam recenset, et simplici narrat expositione. Denique finem continet, dum dicitur id ei esse propositum, ut ad virtutem excitat, et ad bene beateque viuendum dirigat mortales. Quod si praecipuum instrumentum (instrumentalem causam appellant aliqui) agnoscere cupias, quo res proposita peragatur voluptatem habes, et suauitatem, unde homines ad virtutem alliciuntur, et excitantur facilius &c.

Sicut mihi non omnino displicet definitio Benij ita aduci non possum ut probem explicationem causarum quam ipse subtexuit in eo fortasse culpandus, quod rem explicatu facilem sua explicatione fecerit inuolutam quaesitis diligenter causis, uti causae non sunt eo saltem modo quo ab ipso finguntur. Primo quidem non placet, quod ait de causa effe- ctricem

etricem quam dicit contineri in illa particula imitad quę quidē dicit relationē aliquā ad imitatorē sed ipsum non exprimit. ut si dicam homo est conditus ad imaginē Dei, non exprimo causam effectricē nisi dicā a Deo. Deinde vis imitandi tota in orationē rejicit, et nimis remote spectat imitatorē, alioquin possis etiā dicere contineri causā efficientē in definitione hominis, qua dicit homo animal rationale, cū animal sit quid creatū proinde non ab alio quā a Deo. Neq. caret difficultate quod ait actionē esse materiam poeseos quippe ea non actionē solū, sed res etiā imitatur. Lucretius Carus est in omniū consensione Poeta, et tamen eius poematis materia sunt res non actiones; versat. n. circa naturam et eius proprietates. Idem dic de Manilio, qui de astris cecinit et de alijs plurib. Imo Empedocles, quē idē Lucretius sibi proposuit in exemplar utpote res naturales metro complexū licet

licet expunctus ex sillabo poetarum ab Aristote=
le tamen alibi, ut aduertit Scaliger ab eodem
Arte appellatur Poeta. At qui pictura non acti=
ones dumtaxat, sed res etiam exprimit, qua=
les sunt animantes, Urbes, Flumina, Regiones,
et cetera omnia quæ cadunt sub aspectum.
Displicet etiam quod asserit exprimi formam
quæ est actionis imitatio. Forma in omnium
confessione introducitur in materiam. At imi=
tatio non introducitur in res, neque in actiones,
sed potius est quidam modus, quo res expli
cantur; si formam uocat imitationem, porro eam
capiat in laxiore significatione ita ut cum
modo forma coincidat.

Indiget uero examine, et eodem acutiore
causa finalis, per Berium Poesi affixa nempe
eam esse excitationem ad uirtutem, et bonam ac
beatam mortalium uitam. De qua re habebimus quæs=
tionem peculiarem; et dabit disputandi materiam Fami=
anus Strada in tertia suarum prolusionum.

Quod

Quod ad definitionem Berij attinet, melius meo iudicio eam explicaret assignando genus, et differentiam; quod erat facillimum, ut consideranti patebit.

Caput Quartum
Quid sit Imitatio.

Cum poesis iuxta omnium placitum vel sit imitatio, vel sine imitatione esse nequeat arbitror non modicum luminis nostris institutionibus accessurum si naturam imitationis interpretemur. Primo quidem imitationem eo nonnulli producunt, ut velint repraesentationem cuiuslibet rei esse appellandam imitationem. Sic iuxta eos omnia signa imitationis naturam, et ingenium induunt quippe representant rem significatam. Propterea voces quae ex Arist. primo Perhiermenias sunt signa conceptuum imitari dicuntur ipsos conceptus, adeoque omnis oratio imitatio est appellanda; Nubes, pluviam, fumus, ignem imitabuntur, quia ea ut causa cum effectu, hic ut effectus cum causa

natura conectit; idem iudiciũ ferent de signis que ex conuentione hominũ repsentant, qualia sunt laurus aposita taberne forib; que significat uinũ uendibile, herba alicubi consueta equorũ ceruicib; imponi ut eos esse uenales ostendat. Si hanc acceptionẽ imitatio recipiat; porro ea non Poesis modo, sed omnis oratio uestiat. Atq. adeo perperã dixerant qui Poesiũ per imitationẽ definirent, cũ definitio non ex comunib; sed ex proprijs constet.

Mihi sit placitũ imitationẽ definire, aut describere; Imitatio est opus, uel uoce, uel gestu corporis, uel re ipsa cum conformatione alterius uocis, aut gestus aut facti alterius expssum. Pro cuius definitionis explicatione notandum est triplici modo posse nos imitari. Primo quidem ita inflectendo uoce, ut rei alicuius uocali similitudinẽ assequamur. Sic non nulli garitum auis cuiuspiã, uel

uocem alterius animantis imitantur. Quam imitationem quoad uocē non modo in hominib; sed etiam in brutis agnoscunt aliqui. Quandoquidē hyena terrestre animal et homini infestum fertur pastoris uocē assimulare, ut alium pastorem noctu ex ouili eliciat, eumq; deuoret; ut taceā Picā, et Psittacum, qui humanā uocē non nisi imitatione assequunt.

Secundo imitat gesticulatione, et corporis inflexione, uel agitatione, ac iactione membrorum quo pertinet antiquorū saltatio qui factū aliquod exprimebant uario corporis motu imo uel tacendo factum aliquod repñtabant id usu uenisse dicit tempestate Neronis ut author est Celius Rhodiginus libro quinto capite tertio, lectionū antiquarū. Cum n. Cynicus Demetrius dicere solitus esset, id genus artificij tibicinū uideri, et fistularū parerga quędam quando ipsū argumento conferret nihil

nihil motum modo adhiberet uarium et ab intel-
lectu seiunctum omnino id cum inaudisset ce-
lebris saltator, et ut uideretur non imprudens nec
rudis quispiam, sed multa historiarum memo-
ria precellens, et saltandi artifex mirus.
Queso inquit Demetri ne sit onerosum me
tua presentia saltantem honestare idque
nullis incidentibus tibijs, aut cantibus, prorsum
demulcientibus: mox si uideret id artificij
exploreret allideretque. Annuit Cinicus. Sal-
tauit ille Ueneris adulterium, et Martis,
Uulcanum a sole comonitum utrique struentem
insidias, illos claudij artificis fabri thecnis
irretitos, assistentes spectaculo Deos suffusam
rubore Uenerem timidius supplicantem Belli
Deum, ac quecumque fabella continet omniaque
tam subtili tamque artifici gestu, tentaretque quod
difficilimum est perspicuitate tanta denique uenus-
tatis gratia, tamque plausibili ingenio, ut excla
maret Demetrius, ita ut uideretur hilarior pluri

mumque

mudq. negotio oblectatus: Audio ò homo, quę facis, nec video solũ, sed etiãnũ ipsis manib; mihi videris loqui, ac plena sunt veterum monumenta huiusmodi exemplis, proinde hoc Cælij verbis recitasse satis sit.

Tertio imitamur factũ, vel rẽ aliquã, ut cęteris melius, et apertius pictores faciunt, qui rer; imagines in suis tabulis colorantes easdẽ res oculis spectatorũ objiciunt adeoq. res ex imaginib; intelligimus si affabre sint depictę, idẽ dic de sculptura. Dicit; etiã artifex imitari, etiã si non aliorũ artefactis se se conforment, sed duntaxat Ideę operis faciendi quã habet in mente, et sępissime struit etiã, et vernacula lingua dicit; Il Modello. Propterea Deus ipse in huius universi molitione imitatus esse dicit; quia opificiũ hoc conformauit ideis, quas rer; omniũ possibiliũ iuxta Theologor; placitũ habet in mente.

Testi

Gesticulatione corporis sicut diximus de voce imitantur ex quadrupedibus simiæ, et cercopitheci, ut superius diximus, inde manauit in vulgus, ut imitatorem aliorum quocumque id modo agatur simias appellamus. Cæterum id magis proprie homini conuenit qui omnia fere imitatur, ut in sermone, iactatione corporis, opificijs patet, quibus plerumque alijs se se conformant.

Qua ratione Poema, quod fabulas contineat, imitationem etiam habeat, nemo est, qui non videat. Quippe narratio rei fictæ conformatur narrationi rei veræ, et factum tale esse fingitur, quale esse potuerit; idcirco verisimile est poetæ maxime necessarium, ut suo loco videbimus; eo. n. amoto faciem, et colorem amittit fabula proinde veritati difformis imitationis vires amittit. Quod in limine artis Poeticæ docuit Venusinus, imo à veresimilitudinis necessitate suum opus exorsus

exorsus est, cum inverisimilia proscripsit. Hinc etiam præcipitur ratio, propter quam dialogi nonnullorum opinione inter poemata congerantur; quia in his finguntur loqui homines qui minime locuti sunt. Et hoc eodem nomine Scaliger Thucididem, et Livium locat inter poetas, cum ait: Quin equidem Livium potius Poetæ nomen meruisse, quam Lucanum amisisset censet. Nam quemadmodum Tragici rem ipsam decorarunt veram, personis actiones, ac dicta accomodant. Sic Livius, et Thucidides interserunt conciones quæ numquam ab ijs, quibus sunt attributæ cognitæ fuerunt. Hæc Scaliger qui si concionum gratia Thucididem, et Livium Poetis annumerat, debuerat etiam plerosque historicos in eamdem poetarum classem reijcere. Concionibus usus est Herodotus sane non paucis, pluribusque et longioribus Salustius, quas neque in suo opere passus est desiderari Curtius. Trogus Pompeius cuius opus, temporis

iniuria nobis eripuit superstite historia in epitome contracta à Iustino fertur non vitasse modo, sed aperta quoque pro=fessione damnasse contiones in historia, non quia ficta continerent, sed quod scriptorem simul, et lectorem remorarentur intercisa nimirum narratione. Alijs pleris=que conciones prælatæ sunt, ut patet etiam in recentiorum historijs quales sunt Fran=ciscus Guiciardinus, et Guido Cardinalis Bentiuolus quorum alter bella Italiæ sui temporis, Belgica alter historia complexi sunt, interiectis subinde contionibus, quas cum voluptate non modica legimus. At poetarum ingenio abhorruisse dicitur Cornelius Tacitus, non tamen abhorruit contiones. Sed hoc de contionibus Scaligeri placitum peculiari capite conuellamus, ex doctrina Augustini Mascardi qui eandem sententiam in arte histo=rica diligentissime profligauit.

Difficultas

Dificultas est quo pacto inter poetica numeremus Odas, elegias, Satiras, et alias id genus scriptiones, quę imitationi à nobis definitę locum nullum aperiunt. Verum satis esse ad statuendum Poema statuit Scaliger, cum ait: an Lucanus sit Poeta. sane est. Nugantur n. more suo Gramatici cum obijciunt illum historiam conscripsisse. Principio fac historiam veram: oportet eum a Livio differre, differt autem versu: hoc vero Poetę est; sed id adversantur Horatio, cui non est satis ad Poeticam laudem promerendam versum concludere. Pugnant cum Aristotele, ex cuius doctrina accidit Poesi versus, nec eius substantiam afficit. Cum his omnibus bellum habet, qui imitationem Poemati necessariam statuunt, quę sicut sine versu esse potest, ita potest, ubi versus non est desiderari.

Ludovicus Castelvetrus p.a p.a particula quarta sui operis in Poeticam Aristotelis

diserte pronunciat: sine imitatione Poesim non posse consistere. Duas ipse conclusiones statuit, quas ex doctrina Aristotelis collegisse se asserit. Altera est nullā scientiā aut artem esse posse materiā idoneam ad Poesim, nec versu explicandā esse; altera vero historiam rerū quæ iam evenerunt materiā Poesi accomodā nequaquā suppeditare. Quæ duæ conclusiones inquit ille, commovere homines ætatis nostræ in litteris celleberrimos quibus visum est, nimis arduum, Nicandrum, Severum, Hieronymumque Fracastorium, qui cum nonnullis alijs, rē medicā metro prosecuti sunt, Aratū, Maniliū, Ioanē Pontanum, qui sicut, et quidā alij astronomicā disciplinā numeris alligarunt Hesiodum, ac Virgilium qui carmine colendi ruris disciplinā operuerunt; et tandē Lucanum, Silium Italicum, et Fracastoriū, et plures alios qui materiā suorū Poëmatū ab historia men

dicarunt

mendicarunt, et culpandos esse, ut qui perpe=
ram elegerint, et laude, ac titulo poetarum
nudandos. et malentes auctoritati Aristotelis
aduersari, cui ueracitatis gloria uniuersim tri=
buitq; nec repugnari potest, quin conclamanti iu=
dicij, se se ij fateantq; qui id audeant, quod tot
uersificatores Ostantes mouere poetarum senatu,
et ut parum sanos multare, quod materiam
minime idoneam, ad Poesim elegerint, magno
cum ardore epistolas, et apologias scripsere
quibq; conati sunt Aristotelis opinionē conuellere,
ut eosdem authores, et carminū artifices in la=
udis poeticę possessione detineant; id pręsertim,
quia nullā, ut opinabantq; suę doctrinę solidam
rationē Philosophus tulerat minime Poeseos
materiam esse disciplinas, artes, et historias.
Ego uero subdit Castelvetrus qui in eo ne
tantum quidem unquam ab opinione Aristotelis
recedo, quā esse uerissimam sentio sententię
meę rationes adducam, quę uel eędem sunt cū illis

illis quę Aristoteli suasevrunt, uel parum sane dis-
similes. Poesis est similitudo, uel assimilatio
historię quemadmodum uero in duas partes pci-
puas materiam nimirum et uerba historia
distribuit, ita sane in duas easdem partes
distribuit poesis. In eo uero dissidens historia
et Poesis quia historię materia non sufficit
ab ingenio poetę sed ab euentis rerum uerba
quidem historicus sugerit, sed qualia comunis
sermonis usus admitit. Poesis materiam inge-
nium Poetę adinuenit, nec uerba recipit, qualia
in comuni oratione usurpant; quandoquidem
oratio metrica ab usu sermonis aboret, sed ea
habet numeris illigata qualia Poetę ingenium
excogitauit. Debet igitur materia poesis materiam
historię similitudine assequi eadem cum illa esse
non debet; quippe si eadem esset minime similes
dici posset cum sola distinctio similitudinem
admitat. Quod sine quaquam similis esset nihil,
quod spectat ad materiam, laborasset Poeta

nec

nec in inuenienda similitudine sui acumen ingenij
ingenij comendasset, proinde nulla ei deberetur
laus aut non ea saltem, qua quid diuinum
potius, quā humanū esse putatꝫ, cū historiā
imaginariā struxerit, ex rebꝫ quę non euen-
nerint, eadēque non minus iucundā nec minus
similē uero quā a rebꝫ decursu habeatꝫ. Qui
igitꝫ assumens poeta materiā ab historia,
et a rebꝫ quę uere contigerint, nulli labori
subditꝫ, nec bonus sit an malus Poeta, inde
deducitꝫ nimirum sciat, nec ne res ueritati
similes inuenire, non modo laudē non me-
retꝫ; sed uel culpā non uitat, et parū sanę
mentis euincitꝫ, quod id non perspexerat.
Aut potius se fallacijs, et ueteratoris inge-
nij hominē prodit qui cortice ac colore
sermonis poetici lectoribꝫ siue auditoribus
imponere usus fuerit ac si materia Poetica
sub ijs recondatꝫ unde ipse comendationes
acquirat eadēque mendaces. Quadobrē merito Lucanus

Lucanus, Silius Italicus, et Hieronimus Fra=
castorius senatu Poetar[um] mouendi sunt, et
honesto poeseos titulo spoliandi, quandoqui=
dem materiam in suis poematib[us] pertracta=
runt, antea ab historicis usurpatam, aut
sane, quæ euenerat, nec ab ijs fuit inuenta.

Sed de opinione Casteluetri satis com=
pertum est, neq[ue] prolixiorem orationem
ea desiderat, cum ijs in eo sit totus, ut his=
torias eliminet à Poesi, sentiatq[ue] metrum, et
numeros impertinenter se habere ad Poetam
cum tamen superius propugnauerit Poetam
minime esse qui soluta oratione, non me=
trica scribat. Quæ his sane subdit alio dif=
ferenda sunt uidelicet an de reb[us] peri
tiores disciplinas attingentib[us] carere dece=
at Poetam, an uero in reb[us] humilib[us], et uul=
garib[us] mentib[us] obuijs debeat ubiq[ue] consistere.

Casteluetrum sensisse cum Aristotele nihil
ambigo, cum pluribus in locis docuerit imitati=
onem

onem esse in primis necessariam Poemati, quodcumque illud sit. Imo tanto in imitationis necessitatem studio ferebatur, ut Poetam ipsum quando in propria persona loquitur poetico titulo exuat. Sic juxta eius leges non erit Poeta Virgilius, cum narrat sed cum alium loquentem inducit. Atque adeo exempli gratia in secundo Æneidos cum incipit.

Conticuere omnes intentique ora tenebant;
Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

non sit hactenus Poeta, sed is esse incipiat cum Æneæ personam loquentem exprimit, quod facit per duos integros libros.

Bene aduertit Berius, secum non uno in loco pugnare Aristotelem in Poetica proinde non est cur de eius sententia vehementer soliciti simus, cum in eius verba non iuraverimus in hoc presertim tractatu, qui concertationes scolasticas minus admittit.

Berius

Benius, ut totam hanc litem, quae non sane modica neque levis, componat docet imitationem multipliciter sumi, et quod aiunt Dialectici Analogicè, propterea secundum diversam rationem consideratam posse convenire alicui scriptioni, secus vero consideratam secundum aliam. Dupliciter ergo secundum Benium potest Poema imitari; Primo quidem exprimendo aliud, ut facit Virgilius in secundo, et tertio Eneidos per totos, et alibi saepe; Et faciunt utique Dramatici; Secundo vero se conformat alteri illum imitando vel in contextu operis, vel in elocutione, vel alio quovis facto, sic Virgilius imitatus est Theocritum in Bucolicis, Hesiodum in Georgicis, Homerum in Eneide. Horatius Pindarum, Propertius Callimacum, alij alios imitati sunt. quia illis se conformavunt in scribendo. Quia vero pauci omnino sunt, qui aliquos non

imitentur

imitant, propterea Poetę dici merentur
iuxta hoc genus imitationis.

Sed huiusmodi imitationē non magis ad Poetas quā ad Oratores, et historicos, et quoscudq; alios scriptores pertinere nemo est qui perspectū non habeat. Sic Cicero Demostenē in orationib. in aliis scriptionib. Graecos alios; Salustius Thucydidē in historia imitati sunt; inde iuxta hanc imitationē digni sunt qui in Poetas centurias congerant. Sensit huius teli ictum Benius, quē ut declinaret asseruit imitationis huius rationē quāvis poetę cum aliis scriptorib. comunē, magis tamen ad Poetam quā alios pertinere; Quandoquidē solus Poeta potest alterum Poetā citra vitiū in factis exibere, quod alii nequeunt. Ita ex: g: Virgilius in effingendo Didone apud inferos se se paritus conformat cum Homero, ubi undecimo Odyssaę induit penes eosdē inferos Aiacē quē alloquit, et

et lenissimis sermonib; flectere, ac emulcare conat; Ulysses, quemadmodum Didonem Aeneas. Id fortasse dedecet oratorem, et absq; dubitatione fugiendum ab historico, qui res ut evenere, narrat, non ut alijs evenisse narrant. Clarius huius imitationis exemplum suppeditat nobis Torquatus Tassus in suo admirando Poemate Hierosolime liberatę ubi Clorindę fabulam inserit; eodem plane modo, quo Charicliam suam finxerat, Heliodorus nullo plane mutato rei eventu quod ad natalia, et educationem spectat. Id vero nisi Poetę licuisset, ut liquido constat.

Aliud obijci posset, nec minus difficile huic doctrinę. Quia nimirum inde sequit; primos poetas qui alios imitari non potuere nisi fabulas intexuerint arcendos esse à Parnasso, et musarum consortio privandos. Ad responderet Benius id per accidens, ut loquunt; Scholastici, se habere, cum sufficiat

poetę

Poetæ non interdici huiusmodi imitationem, sed posse citra uitium usurpari.

Sed quæram a Berio cur Orator quispiam Cæsarem laudaturus non poterit Plinij secundi Panegiricum Traiano dictum imitari? Cur quempiam amplissimum senatorem, qui re bellica Patriæ ditionem ac gloriam amplificauerit ea ratione laudare proibebitur qua celebrauit Pompeium Tullius pro lege Manilia. Numquid ipse Tullius maximo alioquin ingenio præditus, propterea ad inueniendum maxime idoneo Orationes suas in Antonium non habuit, eas imitatus quas in Philippum Macedonem Demostanes habuisset? Quamobrem non Antonianas, ut potuit Philippicas ad eam imitationem aperiendam inscripsit. Uel igitur oratores imitationis ergo migrabunt in Poetas, uel imitatio de qua loquitur Berius, ea non est ex qua Poesim constare docuit, Aristoteles.

Caput Quintum

Aperitur nrā sententia de imitatione Poetica

Fuit hęc fiducia, sive audacia nonnullis scriptoribꝫ, ut quoslibet auctorꝫ secū mutuo dissidentium opiniones se conciliaturos fore pollicerentꝫ fortunati ut sibi videbantꝫ caduceatores, et nobilissimi feciales qui controversias passim diremerent, et lites universas componerent. Hi Artem Platoni conciliarunt Aristoteli Stoicos, et Epicureos, Scotū Divo Thomę, alijs alios, et omne ab illorꝫ placitis dissidium sustulerunt. Hac fiducia nixū esse Beniū nostrū palā est qui controversias de imitatione poetica, componi posse putaverit, cū tamen eę tā apertę sint, ut nullū fędus admittant, certū est Aristoteli Poema illud duntaxat esse quod fabulā recipit; Alijs ea omnia scriptionū genera, Poeticis annumeranda,

quę

quę carmen recipiunt; uti melius sense=
rint ambiguum esse potest, et prout in his
accidit, in varias partes ac studia sectato:
res dividere. Ego meam sententiam in mediu
feram ea praemissa cautione; Quod non ut
iudex, aut censor castigatorq. aliorum sed ut
merus disceptator propono quid mihi videa
ur ex auctorum opinionibus derivasse.

Primo igitur assero ex Arlis doctrina
adeo de Poesis substantia esse imitatio:
nem, qualis a me superius descripta est,
ut ea amota poesis ipsius substantia
corruat. Id optime probat Castelvetri doctri:
na, quam nos ex eius opere interpretati
sumus mutata solum Phrasi, quam ex verna:
culo idiomate in latinum invertimus;
propterea auctores, quos ipse Castelvetrus
produxit carminum artifices ex poetarum
numero iuxta Aristotelem eximendos esse
pronuncio.

Secundo assero eosdē auctores, et eos omnes qui illos imitant; iuxta comunem hominū opinionē imitatores dicendos esse atq; adeo etiā Poetas. Hanc secundā assertionē probat non solū auctoritas Scaligeri, qui versū satis esse ad Poetā constituendū diserte pronunciat sed etiā ratio. Quandoquidē ij omnes etiā scripsere, ut multa in suo poemate imitati fuerint. Virgilius in Georgicis fabulas nonnullas verę rez narrationi promiscuit, ut etatem auream in primo libro, et alia attigit, ut fabulā Deucalionis qui iactis in orbe lapidibz homines procreauit. Ranasq; queretas quę ex hominibz factę sunt In exitu libri recenset prodigia, quę Julij Cęsaris Dictatoris obitum presagierunt, quę magnā in partē fabulosa. Initio secundi libri fabulas plures intexit, et in toto processu fictione non uacat. Quartū tandē absoluit

absoluit fabula Aristaei, quae sane non bre=
uis; antea uero descripserat Orphei ad in=
feros descensum reuocandae Eurydicis gratia
Lucanus, et ipse fabulosa multa quae suae
pharsaliae inseruit, ut patriae imaginem, quae
Caesari Rubiconem traiecturo se obtulit Antei
cum Hercule luctationem et in aere obitum
Erictonis Thessalae ueneficia, et manium euo=
cationem ab inferis. Idem dic de Silio Italico
qui de Scipione atque aliis plura fabulatus
est, ut Pyrenes Nimphae necem, unde Pyre=
neis montibus factum est nomen. Publium Sci=
pionem Apollinis iussu se motum à Comitiis. Eius=
dem P. Scipionis descensum ad inferos, quae
sane omnia non modo colorem praeferunt
Poeticum, sed substantiam habent. Idem in=
ueniremus in aliis, qui metro sua ope=
ra illigarunt, nec argumentum habuere fi=
ctum sed ueram historiam.

Igitur (excipit hic Castaluatus) hi aliquid

poeticum

Poeticum tantum habent non vero poetæ sunt appellandi. Respondeo, ut opus aliquod sit inter Poemata collocandum satis esse si ad alia scriptionum genera referri non possit, et imitationes poeticas habeat. Imo si cum Scaligero sentiamus materiam omnibus Poetis comunem historiam asseremus cum id Homero tribuat idem auctor, et alijs pluribus superest igitur ut iuxta doctrinam allatam promissam à nobis definitionem feramus.

Poesis est oratio ab usu familiari loquendi remota, ac proinde imitationem continens, aut quantum est ex se potens continere, nec ad veritatem explicandam ex precipuo fine sed ad delectationem contendens.

Ut hæc definitio, sive potius descriptio aut circumlocutio (quis. n. in tanta opinionum varietate, et rei ipsius incertitudine definitionem, et eius leges promittat) intelligatur

intelligat, explicandae sunt eius partes. Primo ergo dixi Poesim esse orationem ab usu communi remotam; quia sive est numeris, et metro illigata, ut plerumque solet esse poesis, sive ab ijsdem numeris liberata, quod admitti posse superius concessimus multorum auctoritati talis est ut se aliquanto à comuni usu sermonis se moueat. Fatetur Castelvetrus carmen imitationem continere propterea quod abhorreat ab usu comuni sermonem metro ligare. Nec Ouidius qui de se scripsit, et quod tentabam scribere uersus erat, aliis familiariter colloquens utebatur carminibus quod alioquin fassus esset. Si vero oratio sit soluta et Poeseos leges recipiat, haec quoque non usurpabitur, uel usurpari poterit familiariter in usu comuni loquendi. Quis enim scribens ad amicum, uel eumdem aloquens ea utetur phrasi, uel saltem eo ordine quem usurpant locutiones Romanzistarum ut hoc uocabulo utar alio

non

alio non superante. Dixi deinde imitationem continens, vel potens continere. Quia id arbitror esse peculiare Poesi ut eius oratio admittat imitationem, vel saltem illam ex natura sua non respuat, quod in aliis orationibus minime invenitur nisi obiter, et praeter operis scopum, ut videbimus in Prosopopeiis, quas interdum adhibent Oratores. Addidi; non in ordine ad veritatem explicandam, ut excluderem à ratione poeseos similitudines, et Parabolas quas etiam oratores, et Philosophi suis sermonibus intermiscent, imo in sacris litteris eaedem parabolae locum habent, ut patet in libris Judicum capite nono. Iotham usus est parabola lignorum quae sibi vellent regem constituere Olivam, et ficum, et vitem, quae omnes id imperium recusarunt spina vero regnum idem sibi oblatum accepit. Christus ipse Parabolas usurpabat, ita ut sine

parab.

parabolis non loqueretur. Quod moris fuis=
se Syrijs, et maxime Palestinis auctor est
Divus Hieronimus. Eæ tamen locutiones non
sunt inter Poeticas numerandæ quia præci=
puus imo unicus earum scopus, erat rei ali=
cuius veritatem aperire quod comode per
huiusmodi parabolas præstabatur. Idem assero
de dialogis in quibus finguntur loqui qui vere
locuti non sunt imo plerique functi sunt
vita quando sermo ille scribitur. Sed rati=
one finis dialogus secluditur à Poemate, quan=
doquidem in eo unicè queritur veritas, quæ
per mutuas interrogationes, et responsiones
enucleatius proditur; quia vero hæc postrema
explicatio videtur pugnare non modo cum
Scaligero, qui ob contiones narrationibus in=
termixtas Livium Thucididem aliosque fere om=
nes historicos redigit in numerum Poetarum
verum etiam cum Aristotele, qui Socratis
dialogos inter Poemata numerat arbitror rem

non ita suspenso pede transiliendam, qui exactius explicet.

Noto igitur primo artes seu facultates duplici ratione distingui inter se nimirum, uel per finem quem unaquaeque sibi peculiarem praescribit, et hic est praecipua distinctionis radix, ut pleraeque artes ac facultates ut plurimum in sua quaeque sedes scientiae ab alijs distribuantur; uel etiam per modum tendendi in eumdem finem. Quandoque accidit, ut duarum artium finis, et is etiam proximus idem sit tendant uero non eadem uia illum finem, et propterea distinguantur. Exemplum sit in statuaria cuius finis unicus statua est. Nihil ominus duae artes et eaedem inter se distinctae ad statuam ipsam contendunt, nimirum fusoria, et ductoria, quarum altera tundendo aes uel argentum, uel aurum altera fundendo eamdem materiam

Noto secundo esse id commune uniuersis

fere

facultatibus, ut fines alterius altera ingrediatur et in re aliqua comunicet, quod fuse ostendi posset in singulis facultatibus, et habitibus. Physica enim multa habet, quæ habet etiam Metaphysica, et aliqua observantur in musica, quæ servata proportione servantur etiam in cytharistica, et alijs huiusmodi facultatibus ~~...~~ sed multo clarius patet in facultatibus quæ comunicat in sermone nimirum Oratoria, historia, et poetica, et in earundem operibus oratione videlicet historia, et Poesi, vel Poemate, quæ ita distinguuntur ut comune aliquid habeant. Quemadmodum vero non sufficit in alijs artibus ad eas confundendas quælibet comunicatio, ita neque si Poesis cum soluta oratione, et oratoria, historiaque conveniant in re aliqua, quæ sit illis comunis dicendum erit eas non distingui. Porro ex Aristotele ipso Rhetorica convenientiam habet cum Dialectica: ambæ enim subdit philosophus in

in eiusmodi rebus uersantur que comuniter quodam modo cognoscuntur, et nullius sunt scientię definitę. Quamobrem etiam omnes quodamodo ambarum participes sunt. Omnes n. quodatenus exquirere, et sustinere rationem, et accusare, et defendere conantur. Quis tamen affirmauerit Rhetoricam, et Dialecticam non differe? Esto igitur aliquid habeat orator, quod poetę sit proprium uel saltem conueniat. habeat historicus nonnulla in quibus consentiat cum eodem Poeta; Quia fines eorum diuersi sunt, quod nemo eatinficias, et in alijs etiam modus tendendi sit omnino non idem, iam esse distinctos aparet historicum, et poetam. Quod dixi de historico, et oratore trahendum est etiam ad Dialogistam, qui aliquam ut imitationem habeat attamen quia finis illi à Poeta omnino diuersus, propterea non est cur inter poetas recenseatur.

Quod

Quod si dicas eumdem esse poetæ finem et historico nempe ut lectores doceant præcipue quando poema historiam continet, aio esto finis sit idem modum quo ad eumdem finem tendit esse alium, ut patet legentibus Lucani Pharsaliam, et Silij Italici bellum Punicum. Præterea assero non placere Scaligerum, cum universim et nulla addita limitatione pronunciat omnibus Epicis Poetis historiam esse pro argumento, quam illi, inquit aut adumbratam, aut illustratam, certe alia facie cum ostendunt, ex historia conficiunt Poema. Nam quid aliud Homerus? Quid tragicis ipsis faciemus? etc. Non placet, aio ego, quia videtur historiam facere Poetæ comunem, saltem cum in eo non distinguit Lucanum, ab Homero, et aliis poetis, quos tale nomen meritos esse non est controversia. Sed ne hic articulus longius excurrat placet peculiarem addere, quo hæc res compertior habeatur.

Caput sextum

Quo

Quo pacto ratione materię differāt
Poeta, et historicus

Poetā sequi uerisimile, historicū ueritatē decantatū est apud omnes auctores. Iterum Poeta intentus ad illiciendā admirationē sequitur mirabile qd historico non proponitur in obiectum. De uerisimile, et admirabile agemus in psenti. Uerisimile ut ipsū uocabulū sonat, est id quod habet similitudinē, et speciē ueri, atq adeo nisi appareat cū falsitate coniungi, habet in opinione hominū pjudiciū. Est idū cū probabili qd dicitur ab Arte esse id quod plerumq contingit homines porro, nisi aliunde constet oppositū, opinantur accidere, qd ut plurimū accidit, et cum ueritatē celantur, eius speciē consecuntur. Sic quia est uerisimile filiū à parentibus diligi quamdiu aliquē ijsdē parentibus odio esse non constat, illū diligi arbitrantur.

Sed ut bene idē Artes, quandoq est uerisimile quod est coniunctū cū falsitate; Sicut etiā est

est aliquid verum quod tamen speciem veri non habet. Ita non unus parens filios odit. Filii plures vitam parentibus ademerunt, Multaque in dies contingunt, quae tamen nemo fore, ut contingeret arbitratus esset, et hinc nascitur admiratio, ut infra ostendemus.

Historicus in primis ita veritati continuus esse debet, ut ab ea nullibus in verisimilitudinis nisu se avelli non sinat, certus se officio suo defuturum, quoties vel latum unguem à veritate discedat. Solent vero historici praestantiores cum factum aliquod difficile creditu narrare aggrediuntur, se adversus aliorum incredulitatem munire, ut cum dicunt: Id quod narraturus sum falsitatis speciem induit, et fortasse fidem à Lectoribus meis non impetrabit, quae non modice laborat cum in facta tam ardua, et ab usu frequenti seiuncta, atque abhorrentia incidit. Non tamen veritas obtegenda, quia sub falsitatis imagine nobis se aperit, nec ego ex metu ne

ne veridicus videas quę vera sunt dissimulato, aut falsa confartiam; at Poetę saltem Epico id debet esse cautissimum, ut a verissimili non recedat quod illi comune est cum Dramatico, ut suis locis patebit. Huc spectat illud Horatij

Sed non ut placidis coeant imitia non ut
Serpentes avibus geminentur tigribus agni.

et ab inverisimili deterret alibi scriptorem Poematum, ostendens ex imodica rei cuiuspiam prodigaliter variandę cupiditate appingi Sylvis Delfinum Agnum fluctibus.

Difficultas in eo sita est, ut coeat cum verisimili admirabile, cum utrumque sit in poemate necessarium nec facile componantur. Si quidem experimento comperimus pręcipuum admirationis illicium esse novitatem vulgata non contemnimus quia eorum causas intelligimus. Hinc miracula nuncupamus, quę ita contingunt, ut eorum causas minime inteligamus. Id etiam ratum

non

non nisi raro evenire, quę in natura causas non habent. Proinde admiranda despiciemus aliquando ut prorsus incredibilia.

Id ut, quantum mihi per ingenium licet clarius expliceret. Noto primo cum Castelvetro parte ter.ª particula vigesima, duplicis generis verisimile esse. Alterum est quod exprimit veritatem earum rerum quę plerumque contingunt ita rerum ordine exigente. Huiusmodi veri speciem habent, quę ut aiebam judicium ferunt, ideoque nisi probetur oppositum, vera esse putantur; Ut filios diligi à Parentibus; hominem probum ea agere quę virtutis regulę dictant agendum esse, et alia id genus; quę admirationem nullam parturiunt, ut pote obvias sui causas prseferentia. Aliud verisimile est, quod rerum eventum ostendit quandoque a consueto ordine declinantium, et in eum tandem desinentium exitum qui minime fuerit expectatus. Id sane admirationem de qua loquimur gignit, et ex ea voluptatem, quam ex mirabilibus homines capiunt.

Noto

Noto secundo uerisimile posterioris ordinis in poetis omnibus quos fama comendat elucere presertim uero in Homero apud Grecos in Uirgilio apud Latinos quare non imerito eo etiam nomine principem locum habent inter poetas. Quia uero ex duobus qui Uernacula lingua Poema Epicum scripsere, nempe Ludouico Ariosto, et Torquato Tasso, alter Homerum, Uirgilium alter imitati esse dicuntur. Utrumque ostendemus eius generis uerisimile sectatum esse cum laude. De Dramaticis uero alibi sermo erit. Incipio igitur ab Homero.

Bellum hic exorsus est canere cuius exitus his fuit, qui omnino alius futurus esse uideri potuerat. Siquidem Greci eam urbem agressi sunt que inexpugnabilis uidebatur. Pergama n. Dij ipsi edificauerant. Habebat Palladium quod eam faciebat hostibus inuictam Prospiciebat Apollo, quo inter Deos nullus comendatior. Uenus opitulabatur, et eius gratia

Mars

Mars nec uidebatur Iupiter passurus, et unde Ganimedem rapuerat Pincernam sibi in primis carum sineret Urbem solo equari, et tradi flamis uoracibus pabulum. Preterea Priamus Rex opibus abundabat quippe plerisque Asie populis imperans numerosa prole munitus in qua Hector erat bellator prestantissimus, et plurium palmarum Heros, qui uel solus Grecorum copias profligaturus, et propugnaturus patriam uidebatur. In ipso deinde bello multa Greci incomoda excepere ut pestis in exercitum ab Apolline iniecta sui Sacerdotis iniuriam ulciscente; Achillis indignatio ob ereptam Briseidam ab Agamemnone, eaque de causa prelium detractantis. Hinc uincentibus semper Troianis de soluenda obsidione Agamemnon qui imperio preerat desperata uictoria quandoque deliberauit. Uictoria ergo mirabilis, que ubique per euenta nunquam incredibilia pacta est, ut considerare Homeri Iliadem perlegenti.

Mirabile, cum uerisimili spectatius fortasse com=
ponit in Odissea; In qua Ulyssis in patriam
et Procorum suplicium, qui sibi Penelopem deposce=
bant per seriem dificultatum inumeram adornatur. In
Sicilia uidetur Ulyssis salus penitus conclamata
cum Polyfemi specui cum socijs inclusus eorum non=
nullis macatis, et deuoratis Ulysses laniena
nouissimus destinatur. Mira Ulyssis caliditas in
euadendo exitio comendatur quam deinde in Argu=
mentum Tragediæ sumpsit Euripides. Circis in=
sidiæ quæ socios in feras ueneficijs imutauit.
Naufragia quæ socios eosdem inuersos absum=
pserunt, et aliæ calamitates inumeræ ita lecto
rem afficiunt, ut de Ulyssis reditu desperando
ubiq. sit proximus, et propterea reditus mi=
rabilior per causas nullibi euadibiles.

Eneis Uirgiliana meis auditoribus obuia
est quippe ex ea aliquid bis in hebdomadas
singulas interpretamur. Duo tamen ex ea
seligo considerando in quibus mirabilis cum
uers

uerisimili coitus mirifice elucet. Primum erit Didonis cum Enea concubitus, qui omnino fictus cum Dido non nisi centum annis post Eneę obitum nata fuerit. Primum uero belli inter Troianos et Latinos exordia, et occasio.

Quo ad primum sciebat Uirgilius admirabilitatem illius uoluptatis parentem esse, quę petitur ex poesi nouerat pariter illud in primis esse mirabile si ex causis per se ordinatis ad unum effectum oriatur, effectus plane contrarius. Insuper exploratum habebat admirabilitatem maximam inueniri, si uersetur in rebus maximis, leuia n. prętereuntur, nec considerationem sistunt. Tandem intelligebat admirabilitatem esse effectricem delectamenti si cum uerisimilitudine coniuncta sit. Imperat ergo sibi apprehensionem alicuius causę pertinentis ad Aneam, et ad Romanos quę in re maxima uerisimiliter peperevit effectum omnino inexpectatum. Occurrit illi inimicitia inter Romanos, et Cartaginenses quo nihil

maius

maius inueniri poterat ad Romanorum impe-
rium pertinens. Preterea occurrit nihil esse
tam inexpectatum, quam ut amor, et beneficia
pariat odium, et inimicitias. Subit animo
Didonem fuisse Carthaginis fundatricem, que
licet castissima, et altarius qui id tamen
uulgo ignorabat: ceterum esse uerisimile, ut
hec Semidei hospitis amore pellecta, et dein-
de ab eodem gratia fundandi noui imperij
relicta furens sibi mortem inferret, et odium
inexpiabile in suis populis aduersus Ene-
adas proseminavit. Hoc pacto finxit Enee
apulsum in Africam, ui tempestatis, quam Iuno
inimica per Eolum excitauerat; et hoc etiam
nomine fuit Enee felicitas admirabilis quia
Iunonis odio perpetuo, et inextinto laborauit
unde populi Romani dignitas augebatur, qui
ab eodem Enea profectus esset.

Alterum in quo Virgilius admirabilitatem
consimilitudine ueri coniunxit illud est quod belli

causã inter Latinos et Troianos facit cervi necẽ, quẽ Lauinia in delicijs haberet, id leue et nimis puerile esse cogitauit Macrobius in Saturnalib; cap.e decimo septimo. Verũ id impense laudauit Castaluetrus parte 3.a particula decima octaua, et meo quidem iudicio sapientiã suã in eo belli exordio comendauit Virgilius. Quandoq; ea est in humanar; rer; conditio, ut sepe ab initijs exiguis maxima exoriant; Exemplũ sugerã, quod affert magister meus in Theologia de gratia. Sit ex: g: Princeps qui proficiscat; ad bellum faber ferrarius negligentar equo eiusdẽ principis uectori calceos struxerit. Inde orit; ut in plio Princeps equo prolapso cadat et ab hostib; capiat; Ea captiuitas regnũ imutat, religionẽ diruit, et plurimarũ rerũ summi etiam ponderis etiã causã gignit. Porro Poeta ingeniũ suũ aprobabit nobis si ostendens esse uerũ illud, quod parua sepe scintilla magnũ excitauit incendiũ, ex his reb; quę minima esse

esse uideant, maxima illiciat.

Hęc quę dixi de uerisimile, et de mirabili quę semper debent esse coniuncta in Poemate, presertim ab admirabile nunquam debet esse sepositum uerisimile, poterunt manuducere meorum auditorum ingenium, an potius iudicium ad cognoscendos Poetas, et discernendum quis maiorem eo saltem nomine sibi laudem comparauerit, et quis minorem.

Caput Septimum.

An iuxta leges poeticas faciant, qui ueterum exempla imitati ficta nomina suis Poematibus intermiscent

Quoniam de uerisimili Poetico loqui cępimus, etsi fortasse minus in tempore, placet tamen illud persequi ne alibi dicendi necessitas materias ad alias intermittendas impellat.

Sunt nonnulli qui adeo antiquitatem amant, et ad omnia ueterum imitanda sunt

proni

proni, ut ipsas fabulas ab iisdem mutent; et quae ii finxere numina subiectum poematis faciant, ita si quid iis fabulandum sit ad Iovem, Iunonem, Palladem, Venerem, Mercurium, et ceteros gentium Deos refugiunt, ea fiducia utique Poetas veteres tam eximios, et illustres fuerint suis etiam Poematis laudem gloriamque concilient.

Ego ut dicam quod sentio, arbitror, hanc fabulandi rationem omnino damnandam esse, non quidem ex censura Tertulliani, qui vel Deos gentium nominare dicebat superstitionem sapere, et superstitionis reos esse, qui id facere; verum ratione verisimilis quod omnino huiusmodi fabulae amoliunt

Notandum est verisimile in eo à vero differre quod verum est idem ubique, et apud omnes, nec mutationis ullius est capax, ex varietate intellectuum respectu quorum, vel in ordine ad quos verum dicitur. Verisimile vero

adeo mutationem recipit respectu diuerso-
rum, ut quod est alicui uerisimile alteri
sit penitus incredibile, et omnem ueritatis
speciem exuant. Sic auaro inuerisimile
est quempiam nullo pecuniarum studio affi-
ci ambicioso, et honores sicienti reperi-
ri qui non modo eosdem honores non au-
cupentur; sed contemptui habeat non magis
in pretio haberi cupiens quam contemni.
Incredibilia dices, et ut mendaciorum opi-
fex exibilaberis apud hominem Ueneris
uoluptatibus mancipatum, si dicas aliquos
qui nullis turpium uoluptatum illecijs capiantur.
Hinc est ut rhetores diuersa ratione
statuant de uitijs atque uirtutibus ac Philo-
sophi quandoque. eorum doctrina debet cum po-
pulo conformari, ad quem tanta dirigitur. Se-
cus doctrina philosophorum quae sola ueritatem
respiciat necesse est
Insuper tam Oratoribus quam Poetis illud

Horatij cautum esse debet, ut ætati cuiusq. mores notaret quo inde habita morum uariorum notitia si ij sunt aloquandi uerisimilia proponant; aut saltem non suponant ut facile creditu, quod non nisi argumentorum ualida mente expugnata fidem impetrabit.

Nihil autem est magis inuerisimile, et minus creditibile quam id de cuius falsitate certiores sumus adeoq. nec dubitatio illius uobis ulla suborit. Ecce compertum est nobis Deos omnes quos finxit antiquitas nullos fuisse, aut sane nulla diuinitate insignitos. Quis igit nugari non dicet hominem Christianum, qui suis poematis argumentum ab ijs ueterib. numinib. mutuet.

At dices cur tantopere poetis ueteribus oblectamur? Cur Homerum poetarum principem dicimus? Cur Virgilium tanta cum uoluptate perlegimus, quantam ab opiparis Epulis, et cupedijs exurientes perciperemus.

Hac se fortasse ratione uallueri(n)t, qui fabulandi leges à nobis damnatas libentissime usurpant nec aduci hactenus possunt, ut proscribant. Sed opido imbecilli se fragiliq. clypeo muniunt, et cuius ope ne pueriles quidem ictus retundant.

Amamus, et admiramur in poetis ueteribus (prae)ter elegantiam, q. in nonnullis illorum mirifica fabulant. quoq. in qua ipsi laudabiles, quia uerisimiliter fingebant, uel .n. ipsi crederent Deos esse Iouem, Apollinem aliosq. uel non crederent, porro id temporis scribebant quo uulgo fides ijs tamquam ueris numinibus habebatur, et impietatis arcessebantur, qui eorum diuinitatem in dubium reuocassent. In sua igitur falsitate ij laudabiles, quia non poterant aliter loqui quoties ita sentirent, uel apud talia sentientes loquerentur. Nostra uero ætate, nullus est qui uel suspicetur inesse cuidam illorum diuinitate proinde uenditator nugarum habebitur qui ita

finget.

Id apprime intellexit Torquatus Tassus, qui musis Etruscis veteres omnes poetas tum grecos quam latinos, et mea quidem sententia cum victoriæ fiducia provocavit. Is .n. non ad ijs veterum Ethnicorum fabulosis admirabilitatem emendicavit, verum quoties ab hominibus excundum esset ad verum Deum; Veros cœli proceres nempe Angellos ut appellant ab officio nuncupavit. In infernis quoque veros Cacodemones nuncupavit, nisi quod alecto semel aut iterum meminit, quod tamen excusatione non vacat, si non laudem assequitur. Loquor de Torquato ut apparet in cellebernimo poemate, cui titulus: Hierosolyma liberata, quo nec quid nobilius habuit, nec quantum arbitrari licet habitura est Poesis saltem Etrusca, quæ ut soleo dicere, nunquam existimarem tantam styli grandıtatem posse recipere nisi a Torquato recipisset.

Fuit audacior Lodovicus Ariostus in Poemate

cui ab Rolandi furore titulũ indidit propterea minus haesit uerisimili si amoueatq à Poemate id sane non uitiosus esse non potest. abstinuit, et illa à Dijs fabulosis, quod argumento esse potest nulli eos placere. Sed discordiã facit mulierẽ, in quo parũ ab ijs ueteribq abfuit, qui famã, famem, inuidiã, et id genus alia humanis membris uestiuerant. duas deinde metamorphoses usurpauit quibq Ouidius non maiores, et a fide remotiores habuit. Is. n. rotatos lapides in armatos milites inmutauit Deucalionis fabulã imitatus, et ex frondibq arborũ in aquã decidũis naues quibq Africa debelaret edificauit. An Afrorũ excidio exerciti ac classe tam incredibili fidẽ conciliare; porro inuictã eã in suis regionibq gentẽ existimauit, quam non nisi ex lapidibq homines facti, et ex frondibq naues expugnarent. Sed de Lodouici poemate uiderint alij quorq ea cura Praecipua

ut

ut in suũ queq; genus suaq; classẽ poetã redigant, et an Heroicũ Poema id de quo loquimur sit apellandũ diiudicant.

Caput Octauũ

An contiones quæ in historia passim uulgatæ ad Poesĩ pertineant

Uidimus supra ex Iulij Cesaris Scaligeri placito Liuiũ, et Thucydidẽ esse cum poetis annumerandos, propterea qđ contiones induxerint, quæ historicæ ueritati aduersant; qđ ut iti subdidi, nõ magis Liuiũ, et Thucydidẽ, quã cæteros historicos paucis exceptis, petit, qui contiones palã adhibēre, neque unquã nisi sunt subuereri, ne inde mendacij, aut fictionis poeticæ suspicio operibꝫ suis aspergeret. Id ego examinabo ex doctrina pservtim Augustini Mascardi, qui in aureo opere de arte historica quæstionẽ hanc fuse discussit. Illud interea, et id obiter ac in transitũ moreo Scaligerũ in eo uisũ esse sentire cum Artẽ, ut arbitraret etiã sine carmine

posse

posse esse poesim cum poetę nomen meruisse dixerit Livius, et Thucydides qui à carmine abstinuere e contra vero ait versum satis esse ad poetam aliquem statuendum, quo nomine Lucanum in Poeticę dictionis possesione confirmant. Unde patet per Scaligerum carmen, si adsit poetam facere, si desit non amoliri, in quo dissidet ab Arte, qui carmen facit poemati prorsus extrinsecum, proinde comune poemati cum alijs scriptionibus.

Qd spectat ad propositam questionem eo ordine progrediar ut priore loco eorum qui contiones in historia damnauere argumenta proponam posteriore vero rationes quibus ijsdem argumentis occuribo.

Duplici veluti telo ij pugnant qui, contiones eliminant alterum auctoritas scriptorum rationes alterum ministrarunt: Diodorus Siculus, non minus ob antiquitatem, quam ob elegantiam maximi habitus videtur scriptoribus succensere qui contiones

contiones inducunt, quod continuam narrationis seriem intempestiva orationum introductione interrumpant, et illos, qui cupide, ac studiose expetunt rerum cognitionem removeant. Dionysius Halicarnaseus ait contiones non solum rebus ipsis esse impedimento, sed et auditoribus permolestas. Denique Trogus Pompeius Iustinum libro 38.o contiones huiusmodi in Livio, et Sallustio, reprehendit quod contiones directas, et orationes operi suo inserendo historie sue modum excesserint. Additur deinde auctoritas negativa, ut appellant, Polybii, ac Cesaris, utriusque scriptoris in paucis comendatissimi, quarum uterque contione a suis scriptionibus procul habuit.

Hi autores qui porro sunt nihil ad falsitatem, que per contiones irrepat historie respexerunt, at unice lectorum molestie, et narrationum intermissioni consultum esse voluerunt. Itaque quidquid contra contionum veritatem inducitur; ab ratione petendum est, et ab iis argumentis eruendum

eruendum, quę contionibus aduersantes excogitarunt.

Interest Historici ij inquiunt, ut sincere ac pure ueritatem aperiant; Long. longe id agendum, ut quę acciderint in monumentis appareant eo ipso quo gesta sunt uultu ipso nequidem uariato colore. At contiones quas scriptores inuexerint eorum ingenij partus sunt, ad ostentandam facundiam nec rebus qui contigere congruunt; Igitur ne officio suo desit historicus ab ijs perpetuo abstinebit.

Postulari historicum, ut rerum ueritatem aperiat enarrando adeo certum est, et ab omni dubio positum procul, ut non modo falsitas, uerum, et uerisimilitudo substantiam historię uitiet. Quamobrem Artes pronunciauit, quemadmodum rerum uerarum narratio poetica non est, ita non esse historicam rerum uerisimilium narrationem. Quapropter non defuit inter scriptores Ossertum nostri temporis, qui Cornelio Tacito, et id ex auctoritate Cornelij Nepotis Historici nomen inuiderit

inuiderit proptereaq. nimium uerisimilia secta:
tus fuerit relictis quandoque ueris.

Multa deinde contionum falsitatem con:
firmant, et uerisimilium in ijs umbram non ue:
ro ueritatis lucem aperiunt. Primo quidem plu:
res inducuntur qui sermonem ab historico usur:
patum non intellexerint. Latine apud Liuium,
et Tacitum Affricani, non pauci Græci, His:
pani, Theutones, et Britani loquuntur. Plures
Latini apud Dionysium, Polibium, Appianum,
Plutarcum, ac Dionem græcè loquuntur. Insuper
eędem hominibus conciones adscribuntur eius:
demque facundię atque elegantię quorum mores
habitus, et studia fuerint omnino diuersa.
Unde deducitur eas historici, a quo finguntur,
potius quam auctorum quibus attribuuntur dicendas
esse. Ueteres Sabini, ac Hetrusci rudes homi:
nes, ac delitiarum omnium inopes; Sophonisba, et
Anibal, quos eloquentia nullo muniuerit equ:
ant dicendi laude Fabios, Catones, Scipionesque
quos

quos R. senatus politicę disciplinę atq. eloquentię accademia liberaliter instituerit. Pręterea quo pacto ea dixisse quispiam scriptori compertus est cuius ętatem scriptor idem certenis annis secutus est? An Livius Tito Quincio, ac Iunio Camillo, nedum Romulo, Numeq. interfuit proinde eorum sermonem exciperet? Quod si ab eorum ętate tam longo intervallo distauerit cuius interpretis beneficio quę ab ijs dicta fuerint intellexit? Si vero prelio ob Sabinarum raptum interfuit (quod Anacronismo poetico dari posset) dicat quęso an omnes promiscuę locutę fuerint, arma utrinq. ab amicis, et hostibus formidantes, itaut de ijs omnibus dici possit: Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri, Generiq. respergerent; ne paricidio macularent partus suos; ne potius illi liberorum hi progeniem; Si affinitatis inter nos si conubij piget in nos uertite iras, nos causa belli nos vulnerum, ac cędium

viris

uiris, ac parentib sumus; melius peribimus quam sine altaris nostris viduę, aut orbę uiuemus; quem igit fugiat concionum usum inuentum fuisse uanitatis mortalium, ne ingenium declamatoris iaceret in simplici narratione rer quę contigerint? compertum est inter antiquorum rethorum exercitationes huiusmodi prosopopeis locum fuisse inuerisimili stabilitis, ut ex Libanio, Theone, Aphtonio, Sophistis, Senecęq. suasorijs colligit. nec obstat concionum usum Ciceroni probatum esse; in eo in auctoritate Theoponti deceptum esse constat, qui cum oratoriam artem profiteret transtulit in historiam ornamenta dicendi, quę ab Isocrate didicisset.

Huiusmodi argumentis conciones oppugnant ij, quib ęe dessipiunt, quib occurrendum est, ne res magni adeo momenti in historia saltem neglecta, et indiscussa pretereat.

At dico ego conciones non modo citra

citra falsitatis uitium, sed cum magna elegantiæ laude, et orationis robore inuectas esse in historiam modo id iuxta artis præceptiones, et regulam fiat, id auctoritate primum, deinde rationibus confirmandum.

In Sacrarum litterarum Codice, si alibi extra Deum suam ueluti sedem ueritas collocauit nec quisquam, qui cum Christianis consentiat, inuenitur qui secus uel leuissima suspicetur. Nihilominus in utriusque testamenti (sic.n. appellant) uolumine quod historicas narrationes contineat contiones locum nactæ sunt, et id non infrequenter. Nec dici potest, hoc inuentum scriptoris cum aliqua specie ueritatis esse potius, quam ueram rerum quæ euenere narrationem inde alterutrum concedendum uidelicet uel conciones haud quamquam et falsas non improbandas aut (quod aures ipsæ exhorescunt) Inspiratarum litterarum codice falsitati locum impertiendum. Quod si dicas id esse singulare in sacris litteris, ut

ut eas quoad singulas particulas veritas comitatur; proinde adamussim dicta esse ab eo cui adscribuntur, quę vere ut ab alijs referuntur pronunciata; Respondeo multa juxta proprium sensum ex diuturno studio quęsita antea disciplina septuaginta duos interpretes ex hebraico idiomate in gręcum transtulisse neglecto interdum verborum cortice modo sententiam retineretur alijs etiam vocibus explicatam. Ut enim auctor Hieronymus sensuum potius veritatem quam verborum interdum ordinem conservabant. Non enim semper ex varietate sermonis, quo res exponuntur sententiarum varietas in ipsis rebus enascitur; cum eventa eadem cum majore vel minore elegantia narrari queant. Forma dicendi pressiore, vel magis ampla cum figuris ornata aut naturalis sermonis simplicitate quin mutatio ulla substantiam veritatis afficiant. Si igitur orthodoxa religio Eclesię Catholicę recipit ut veras licet

cum

cum dispari firmitate Divini Codicis versionem quæ tamen cum locutionis, ac Phrasis varietate est unde varias allegorias, variasque mysteria ingeniosi derivant compertum est mini me nobis, ut indubitatum proponi, et cum firmitate fidei divinæ credendum conciones inductas verbatim à Spiritu sancto dictatas esse sacris historicis, adeoque illos ut amanuenses verba ipsa, ut audiebant litteris exarasse. Et hæc de litteris sacris quæ locupletiorem explicationem reposcunt nobis tamen minime necessariam, nec nostro proposito plurimum servientem.

Sugerit deinde Mascardus, cuius tota est hæc doctrina solo verborum cortice per me variato, qui latinæ scriptioni vernaculam orationem intexendam minime oportunum existimavi, sugerit inquam, profanorum historicorum auctoritatem quæ tam multiplex est ut obruat potius lectoris mentem quam ingenium illustret.

inde

inde dum pretereo, cum aliquas huius arti=
culi initio recensuerim, uenio igitur ad rationes
quas ipse affert easque uariata dumtaxat phrasi
in medium profero.

Unicus aduersariorum Achille est uerisimile;
quamobrem id expugnandum, quo superstite ui=
ctoriam nobis haud possumus polliceri; duplex
uerisimile, quod ad rem presentem, de qua agi=
mus pertinet, considerari potest; alterum falsi=
tatem respicit, in scopum alterum sibi ueritatem
proponit; exemplo rem explico. Fingit Didonem
Virgilius Reginam Carthaginis Eneae amore
incensam, que derelicta, ac prodita ex furore
sibi mortem consciscit. Nullum uel ueritatis
uestigium in re narrata; Dido enim pudicitie
laude precelluit, Eneam nec amauit unquam
nec uidit, cum ut superius diximus, non mi=
nus seculo integro eo posterior fuerit. Nar=
ratio tamen ueritatis speciem habet. Quando=
quidem plures feminas amoris uis, et repulse

impatientiæ in sui ipsam necem intruxit, et potuerat Dido sua ipsius manu interire, si depudicata sub conubij sponsione ab amico, et ab hospite in eum rerum articulum, quem Poeta fingit fuisset conjecta. Id verisimile quod circa materiam falsam versatur ipsum etiam falsum appellatur. Econtra Scipioni noua Hispaniæ Carthagine expugnata in captivorum cœtu elegantis formæ adolescentula occurrit. eamque fructu victoriæ usus, poterat in expugnationi victoriæ frui eius specie abutens; ipse tamen rationis legibus sensus contumaciam edomans illibatam adolescentulam servat, et patriæ auctore Polybio; Coniugi vero si Livio credimus reddit. Narratio vera, et etiam verisimilis; est enim rationi consonum adolescentem nobili loco natum eo præcipue intentum, ut sibi virtutis fama, egregiam apud Romanos opinionem conciliaret, et externarum gentium benevolentiam quæreret libidini gloriam anteponat.

Id igitr verisimile, qd cum facto cohæret verum appellatr.

Poeta verisimili utitr indiscriminatim vero, vel falso, is n. poemata æque in rebus falsis ac veris collocat. Quamquam officij sui veritatem secutus, ad falsitatem magis, quam veritatem propendeat. Propterea n. Poeta nimirum factor vocatr. Imo si interdum in veris factis fabulatr id accidit illi præter intentionem; ipsique in eventibus solicitior est de retinenda veritatis specie quam veritatem. Quamobrem verisimile qd verum dicimus poeta tollerat magis, quam quærit, atque præter intentionem, ut aiebam utitr idque tractans, ut simplicem imitationem, et verisimilitudinem parvi facit an verum id sit.

Historicum ne verisimile falsum respuit, et a suis concionibr longe arcet; cum eius finis, et scopus sit veritas cui falsa hæc verisimilitudo adversatr. Si quando ad alterum verisimile, qd consentit cum veritate confundit, id agitur dum

dumtaxat ut veritatē aucupet.

Hin duo ut appellant corollaria deducunt non leviter necessaria quorum alterū discrimen inter historicū, et Poetā amplectit quo ad verisimilitudinē spectat. Quoniam Poeta verisimile falsū ubique proponit; ideoque veritate, ut verisimilis est utit, et omni conatu verisimile huiusmodi detorquet ad falsitatem. At historicus verisimile falsū non recipit verumque ipsū non ut verisimile, sed ut verū amplectit quo spectat illud Plutarchi, ubi ex Platonis sententia de poetica loquens ad intexendas fabulas prorsus intenta ait. Est autem fabula narratio falsa verisimilis longe itaque abest à rebus Narratio n. rei simulacrū est fabula narrationis.

Alterū corolariū est verisimile historicū tale equivoce esse quippe qd eos veritatis limites sunt minime pregredit, quad in rebus

in rebus civilibus diligentia humana proscribit quare verum non immerito apparebit. Sed ut probem operae pretium est rem aliquanto longius capiam.

Quaequis humana negotia quorum manifesta notitia sub sensum minime cadit non nisi perdiligens examen sui veritatem aperiunt. Conferunt vehementer ad id coniecturae quae si negotii circumstantias sapienter respiciunt, aut nunquam aut raro iudicium fallunt; imo universalis verisimilitis ducti quod antea effectum fuerit ad inveniendam veritatem rei id contractum, et particularis deducunt. Quaeritur ex: g: an Clodius à Milone interemptus invaserit, an invasus fuerit; quandoquidem huius veritatis notitia reum damnat, vel absolvit; homicidium, et se ipso est exploratum, et reus ipse fatetur, quapropter quaestioni subest dumtaxat an Milo ex industria, an vero sui defendendi gratia fuit homicida. Tullius Milonis patronus refugit ad coniecturas. et

et circumstantias homicidij patrati perpendens universale uerisimile struit in mente, et hoc pacto raciocinatur quicumque animo inuadendi hostis ab Urbe descedit uerisimile est ita illum oportune ad hostem pergere, ut hinc euadendi copias expiatur, insuper armis instructum paratumque procedere, absque sarcinis rhedarum ac mulierum impedimentis, hoc uerisimile ex ratione propositum casui deinde particulari accomodatur, et subditur; At Milo egressus est Roma satis sero inermis, et cum suis mulieribus in eadem rheda deuectus; Et ex duplici propositione quam maiorem, et minorem dialecticus appellaret ellicitur conclusio, ut uocant siue consequentia; Igitur Milo non animo inuadendi egressus est Roma, sed ipse ab aduersario inuasus est.

Quamobrem quicumque coniecturis utitur que cum negotij circumstantijs recte cohereant et sine rationis fallacia ellicit conclusiones

non

non tantum uerisimile, sed uerum etiam inuenire dicendus est, quatenus id in rebus humanis innumerorum accidentium uarietate subditis inueniri potest. Si igitur historicus euentum quod litteris tradit impense doctus, et naturae ingenii propensioris affectum, et morum operantium certior eorum qui dixere concionem effingit, me quidem iudice in ueritatem collineat quamuis rem uerborum uarietate uestiat, et stylo scribat, qualem nouit suo proposito conuenire.

Accedit ad haec quod historicus sicut in rerum quae euenerunt narratione religiose ueritatem colat necesse est, quin addat, uel detrahat quidpiam ad substantiam pertinens, ita potest in referendis uerbis liberiorem excursum calamo indulgere modo à substantia non recedat; id à secretis et oratorem principium faciunt in suis muneribus obeundis. Quandoquidem orator, qui a suo principe habuerit in mandatis quae dicturus est, eiusque animi ueluti expressam imaginem

imaginē ijsdē in mandatis perspexit, Princi=
pem ad quē mittitur aloquetur non ijs uerbis
quę a suo sibi principe dicta sunt [quę
fortasse ineruditā, male compacta, breuia, et
atque ordine fuerant] sed ad rationē decen=
tem redactis, quę personā loco, ac tempori
congruant eademque ijs officijs quę magis con=
ueniant comitabitur; nec Homerū in eo imi=
tabitur, hoc nomine minus egregie ab eru=
ditioribus audientem qui ut legationē ordinē
seruet plures uersus interdū eosdē repetit
cū magno legentiū fastidio atque incomo=
do. Nec multā sapientiā prudentiāque in
oratore reposceremus, quando ipse ad
ostentandā memoriā quod faciant in scolis
pueris, alienā orationē uerbatī recitare tene=
retur.

Interdū legatio quidē ijsdē uerbis per
agenda est neque id conficior quandoque enim
hęc uerba nec plura sunt usurpanda, et hęc

hęc non alia cum variatio detrimenti quidpiam
rei substantię inferre posset. proinde laudauit
Ualerius Romanorum legatos, qui à senatu
Tarentum ad res repetendas missi cum grauissi-
mas ibi iniurias accepissent, unus etiam urina
respersus esset in Theatrum (ut est consuetudo
Gręcię) introducti legationem quibus acceperant
uerbis peregerunt: de his quę passi erant quę
sti non sunt: Ne quid ultra ac mandatum esset
loquerentur. Plerumque tam prudens orator sui prin
cipis uoluntatem ex oratione exibet quę loco
sit apta elegantiam reposcendi; multoque magis
negotio cui explicando necessaria sunt, ordo,
perspicuitas, efficatia, atque prudentia; neque
tamen legatio uerisimilis magis quam uera
existimatur eo quod princeps non bene adeo
neque eo idiomate loqueretur. Idem dic de ijs, qui
a secretis principum sunt, quibus interdum duplici
tantum uerbo mandatur quod scribant, quod ipsi ta-
men iuxta suam prudentiam execuntur; nec raro

imperatus uoce tantum ut scribant, nec tamen
uerisimiles illæ epistolæ potius appellantur quam
ueræ propterea quod idiomate principis non uer-
naculo exaratæ fuerint eiusque elegantiam uin-
cente, cuius præferunt nomen, hæc ego ex
Augustini Mascardi arte historica quasi
uerbatim rescripsi mutata tantum phrasi, ne
oratione latinæ alia immiscerentur, et meo qui-
dem arbitratu persuadent historicos non eo
nomine fines poetarum ingredi quod conciones
usurpent atque adeo satis explicatam esse
definitionem poeseos à me crediderim quantum
saltem instituto deseruiat. Nunc breuiter ex
plicandæ sunt poeseos species, non eæ qui-
dem omnes sed præcipuæ, ut deinde ad alteram
operis partem transitus fiat.

Caput Nonum

Afferuntur præcipuæ poeseos species.

Sex uidetur poeseos species agnoscere Aristoteles
particula 1.ma sui operis de Poetica dum ait
ex

ex interpretatione Riccoboni. Sed uero Epopeia, et tragedię poesis, preterea comędia, et Dithirambo Poetica et Auleticę maxima pars, et Citharisticę omnes sunt imitatio in uniuersum. Hactenus Stagirita ex quo loco sic libet argumentari quęcumque conueniunt in aliquo genere proximo eę constituunt species peculiares si alioquin inter se distinguant. Uerum Epopeia, Tragedia, et alię numeratę conueniunt in imitatione, quę est proximum genus poeseos. Igitur hę sunt species poeseos. In hac ratiocinatione omnia sunt perspicua, et solum ambigi posset an Artes uoluerit singulas species enumerare ita ut diuisionem attulerit, an solum aliquas non rigorose diuidens, sed tantum enumerans. At ego ab his controuersijs abstinens uocabula tantummodo explicato quę rem aperiant.

Pręcipuam poeseos speciem esse epopeiam inde planum esse potest, quod ea uocem habuerit ceteris quoque comunem, quapropter poema antonomasticè dici possit; cum enim epos propria uerbum signi

significet, et pro carmine etiam passim usurpetur, liquet antonomastice dici eam peculiarem speciem ipsa constituit.

Epopeia igitur est carmen heroicum, et quoniam exametrum carmen ceteris videtur accomodatius ad laudes, et facta heroum canenda factum est ut ea poesis, quae solis exametris scribitur appelletur saltem ut plurimum epopeia. Dixi ut plurimum qui superius visum est, poema heroicum solutam etiam orationem admittit, aut saltem admittere creditur à nonnullis praesertim qui nostris scriptoribus qui sub Castelvetri auctoritate, secum Aristotele sentire arbitrantur. si non ad Poeticos numeros poema coerceant, sed in solutam orationem cum fabula, et imitatione nomen etiam poeseos provehant. * Tragediam volunt aliqui nomen habuisse ab hirco* qui tragos dicitur eo quod antiquitus eius poematis praemium fuerit Hircus, ut inquit Horatius in Poetica.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

uel etiam q[uo]d eiusde[m] poematis premiu[m] fuerit uter hircinus uino plenus. Alij malunt id nominis foece profectu[m] esse qua[m] Græci τρύγα uocant propterea q[uo]d Scenici ante usu[m] personar[um] ab Æschilo repertum foecib[us] ora perlinerent, q[uo]d habes etia[m] ab Horatio in eade[m] poetica.

Ignotu[m] tragicæ genus inuenisse camenæ
Dicit[ur], et plaustris uexisse poemata thespis,
Quæ canerent, agerentq[ue], peruncti fæcib[us] ora

Tragædia ex obscurissimis initijs plerumq[ue] ob[scur]e euenire solet in reb[us] humanis horta est. Quando quide[m] in speluncis, ut ait Chius, siue per syluas, et ferar[um] lustra ut ego coniecto agitari cæpit ubi satyri risus ciendi causa adhibebant[ur]. Paulo post etiam in plaustris agitari cæpta, ac ostentari ubi actor[es] ora fæce turpe[m] in modu[m] liniebant[ur], erant obscuri actores, uulgares spectatores, et pr[æ]miu[m] ijs, qui cæteris melius in ijs rusticis scænis re[m] egerent, hircus aut uter hircinus uino plenus proponebat[ur]. Veru[m] ubi nobilitari cæpta est, et

et suã perfectionẽ, ac ueluti maturitatẽ est assecuta, non e plaustris amplius atq; humi: lẽ in modũ est actitata, sed magicas perso: nas, regios ministros, regia ornamenta regios aparatus, regias deniq; domos, atq; urbes sibi adsciuit, ac uindicauit; adeoq; syluę, satyri plaustra, fęx, uiles actores ac spectatores, hircus ipse in reges, regiosq; consiliarios, milites, aulicos et stipatores in trabeã, item purpurã, diadema, sceptrũ migrarunt.

Hęc inter exordia minime tragędia à co: media discreta est, sed ab ijsdẽ exortę natalib; processũ temporis, à fine et à personis distin: ctionẽ accepere comedię duplex etiã ethimo: logia tribuit, aliqui .n. uolunt, apo to chomon comediã dictã esse nimirũ à ~~uicis~~ uicis, qđ Atheniensib; nondũ in urbẽ coactis sed per uicos erantib;, et dispersis agitari cępit. Mal: lunt alij dictã esse comędiã à como lasciuię et comessationis deo, cui iuuentus indulgens rudia

rudia et inculta carmina profundebat, quibus, quos videbat* nominatim perstringebat. Cum Athe=nis, aut saltem* in eius Urbis municipijs, ac sub=urbijs natum esse omnes fere consentiunt. Tem=pus vero eius natale illud fuisse autumnum quo vindemiæ agebantur auctor est Athenæus 2.do libro cœnarum, sive ut alij malunt illud fuit, quo agricolæ meterent qui per campos ac rura va=gantes dies festos nonullorum numinum celebrabant.

Hic veluti obiter, et quasi per parenthesim moneo apud populares meos sicuti plurium aliorum veterum superstitionum ita etiam huiusmodi licen=tiæ reliquias superesse; Quandoquidem cum vin=demiant, ac metunt non modo se vinitores, ac messores mutuo convitijs impune proscindunt, verum eadem in quoscumque prævenientes licenter eademque cum venia eiaculantur quod sane aliti, et extra illud tempus nequaquam absque iniuria fieret, et dicteria, *scomata, atque convitia ver=beribus, atque plagis compensarentur. Vidi, et cum eadem venia

uenia faciunt nautę in eos qui sunt in litore et hi in nautas præternauigantes; Romę uero bac:canalium tempore personati, et secum ipsis mutuo, et in alijs, qui personati non sunt, et in ipsos personatos exercent; redeo ad propositum.

Tragędia, et comedia in aliquibus conueni:unt in alijs differunt. Primo quidem in eo conue:niunt, quod utrumque est Poema dramaticum, re:præsentatur in scęna, habet actores, ijsdem partibus constat quas actus dicunt, et plerumque ijsdem iambis scribitur: tandem habent eundem finem exter:num, licet in fine insito non cohereant, ut mox osten:dam. Secundo uero differunt in modo, in materia circa quam utrumque Poema uersatur in personis quę repræsentantur, in habitu personarum siue acto:rum in exitu fabulę saltem ut plurimum, et tandem in fine intimo, unde etiam initia sumpta sunt.

Finis externus utriusque poematis est utili:tas quam delectatio comitatur iuxta illud Horatij in arte. — Et prodesse uolunt, et delectare poetę.

uti:

utilitatem sic ostendo. duo sunt mortalium gene:
ra qui politicam societatem, cuius felicitas uni:
cuiq; debet esse proposita, labefactant, alij ob
nimiam animi dimissionem, et quia melioris
fortunæ spe destituunt, a uirtute deficiunt. pro:
inde societatis humanæ incrementa non pro:
mouent. Alios adeo augendæ propriæ magni:
tudinis cupiditas obtinet, ut addicitias ad
imperium uiam sibi uel perviolatas æquitatis
leges, et cæterorum iniurias muniant. Utriq; Rei:
publicæ perniciosi ij, quia uirtutem aspernantur
quæ felicitatis est nutrix; hi quia uitium super:
biæ, et ambitionis fouent, quod eandem felicitatem
oppugnat. Bene agetur cum republica, et humana
societate si nullos propriæ felicitatis assequen:
dæ fiducia deserat nullos nimius assequandæ
magnitudinis imodica cupiditas urgeat; Alterum
præstat comædia; tragedia alterum.

Materia circa quam comædia uersatur sunt
uiles * homines, et ordinis inferioris, quos sua

ipsor; conditio infra magnę fortunę fiduciam continet. At sępe numero ij ex priuata obietaq; sorte in reges euadunt, aut saltē, uel diuitijs comparatis, uel splendidas nuptias assecuti meliorē sortem adipiscunt; frequenter magnā ueriti calamitatē, quę ineuitabilis uidebat; exitū habent omnino meliorē, et citra spem ac fiduciā felices sunt, aut saltē non miseri.

Tragedia uero circa eos uersat; qui melioris fortunę felices esse putant, et uotor; compotes in admiratione sunt uulgo, qd eos ut humana conditione maiores uenerat; At ij alternante fortuna ex felicitatis uertice in ęrumnas abijciunt, uel diuitijs exuti, uel orbati prole, uel ē regno deiecti uel morte mulctati. Hinc homines admonent, ne in reb; secundis superbientes fiduciā colocent, ut unusquisq; ex principib; qui subiectū tragedię sit illud usurpare possit, quod aiebat Hecuba in Troadis proęmio.

Quicunq; regno fidit, et magna potens,
Dominatur aura, nec leues metuit Deos,
Animum rebus credulum lætis dedit
Me uideat &c.

ita unusquisq; audire se putabat ab Hercule tum furente, quam Atreo à Medea, uel Iasone, a Theseo, uel Hippolito; ab Oedipode, ab Agamemnone à Thieste cum Annæis Senecæ fabulæ recitarentur ab alijs cum Sophocleæ, uel Euripideæ tragediæ, uel Heschili, et plurium aliorum tam apud Græcos, quam latinos. Igitur ad curandam animi moderationem, et uotorum mediocritatem quam appellat auream Uenusinus, comœdia simul et tragedia sunt institutæ. Nunc ad ea transcendum in quibus duo hæc poemata differunt. Quod comode præstabitur si utriusq; definitio producatur. *

Definitur ab Arte iuxta paraphrasim sine interpretationem Riccoboni tragœdia imitatio actionis probæ et perfectæ magnitudinem habentis

suaui sermone separatim singulis formis in partibꝫ agentibꝫ et non per enarrationē, sed per misericordiam, et metū inducens talium perturbationū purgationē.

Imitatio stat loco generis, quandoquidē * est comunis tragediæ cū comedia, epopeia et alijs poematis ut uidimus supra in definitione poeseos actio quæ est prima particula definitionis allatæ distinguat ipsā tragediā à multis alijs artibꝫ siue facultatibꝫ imitatricibꝫ. Est .n. actio eoꝝ quæ aguntꝫ consilio et electione: multæ uerò artes et facultates non res quæ electione geruntꝫ exprimunt, et imitantꝫ sed naturales; Ut pictor, qui cæliū ex: g: plantas, et id genus alia imitatꝫ, et repsentat, cuius ordinis sunt aliæ artes, multæ quæ siue ære, siue lapide, siue luto, siue gypso, siue alia huiusmodi materia aliquid fingunt, et imitantꝫ. Quod si huiusmodi artes actiones etiam imitari uideantꝫ, aut imitentꝫ interdum

sane id non necessario faciunt quemadmodum Poeta cui humanae actiones subiiciuntur, et vero tenuiter eas referunt, vel potius adumbrant vere enim dici potest artes istas non tam imitari actiones (praesertim si cum poesi conferantur) quam figuras: et si modo aliquo ex figuris illis actionem ipsam agnoscamus, vel potius coniectura aliqua aut suspicione informemus. Per tertiam particulam in definitione positam nimirum Probae distinguitur tragedia a comedia. Utraque enim humanas actiones imitatur et iisdem plane instrumentis imitationem conficit, sed altera videlicet tragedia imitatur actiones honestas, praestantes, ac illustres, altera silicet comedia imitatur humiles viles, et nullius claritatis, quod confirmat Artes, cum definiens comediam ait, esse illam, peiorum imitationem. Docet enim philosophus imitationem variari materia actionum meliorum, peiorum et similium; tragediam igitur ait imitari meliores quo nomine differre quoque potest ab auletica, citha:

citharistica, et saltatoria, quando quis eas imi=
tari actiones contenderet. Quandoquidē obuias
quasq; et pro artificis, et imitatoris uoluntate
modo humiles, modo prestantes, modo mediocres
similesq; imitant. tragedia ubiq; illustres, et
pstantes subdit. Absolutę, et perfectę, per quas
particulas non distinguit tragedia ab ijs fa=
cultatib. imitatricib., nā magnitudinē suam
habere debent, et initio, medio, ac fine con=
stare quemadmodū in animali si sit perfectū
initiū mediū, et finē obseruamus; sed per
easdē particulas distinguit à se ipsa quando
ante Eschilum, et Thespin erat exigua, et im=
perfecta qd explicat alijs particulis in defini=
tione positis: absolutę et magnitudinē habentis
Pergit: Suaui sermone. Quo in loco duo quęri
possunt alterū cur ad definiendā tragędiam
usurpet horū primū declarat alibi Artes per=
suauē sermonē intelligens habentē rythmū,
armoniā, et metrū de qua re suo loco. Alterū
eo

eo uidetur spectare ut quoniam hæc deffinitio fuit hactenus comunis tragediæ cum epopeia (nam et epopeia est imitatio actionis illustris, et perfectæ, ac magnitudinem habentis) nunc tandem dissociantur quia epopeia nudis sermonibus utitur nec rythmum, nec armoniam saltationem inquam seu concentum imitationi adhibet. Quia uero Auletica, Citharistica, Saltatoria, pictura, statuaria et aliæ huiusmodi facultates imitatrices sermonis expertes sunt, ab ijs plenius per has particulas tragedia separatur.

Pergit separatim singulis generibus in partibus agentibus; quæ uerba distinguunt tragediam dithyrambica: Hæc enim eodem tempore, et poemate toto imitatur rythmo, armonia, et metro: tragedia è contra magna ex parte solo metro; interdum metro, et armonia: aliquando etiam simul omnibus, metro extra chorum; metro, et armonia in stasimo cum chorus sedens, aut stans actionem peragit omnibus cum chorus ingre

ingredit (parodū nunc appellant) ubi saltatione utit, armonia, et metro; ait igit singulas has formas siue imitationis instrumenta vesurpari in tragedia non simul ac perpetuo omnia Et hinc licet etiā distinguere tragediā a reliqū poesi, que instrumentis dithyrambicam plane emulabat. Subdit: et non enarrationem, ut intelligamus tragediā esse dramaticam, atq; actores ipsos tamquā negotiantes inducere. Ex quo fit ut ab Epopeia nersus dithyrambica legumq; Poesi dissociet. Absoluit tandē definitionē: Sed per misericordiā, et metū peragens talium perturbationū purgationē, quib significat per tragicā imitationē affectiones purgari, unde etiā propriū tragedie finē videt attingere. Dubitari quidē posset quarū perturbationū fiat purgatio, et quomodo; sed de his in progressu. Interim certū est propriū tragedie finē dessignari, ac propterea etiā a comedia, ceterisq; poeticis, aut imitatricibus formis

distingui, quę uel nullas, uel alias affectiones per purgent.

* Caput Decimum

Diluuntur obiectiones, quę contra deffinitionem allatam fieri possunt.

Primo obijcitur huic definitioni eam esse nimis longam, ac propterea uitiosam. Mundum dicet quispiam qui infinita propemodum constat partium multitudine, ac uarietate duobus uerbis definies si dicas esse maximam urbem, aut et melius compaginem ex: g: cęlo, terraque, medijsque corporibus quid igitur tam prolixa oratione tragedia definiatur. Denique ex uno genere, ac diferentia constit definitio, si sit ut appellant essentialis per unicam materiam et formam si sit causalis. At in hac definitione plurimę sunt diferentię, non unum genus.

Respondeo cum Martiali: non sunt longa quibus nihil est, quod demere possis, tanta prolixitas fuit necessaria in definitione tragedię ut quatuor tragedię causę explicarentur; quod cum

cum maiori brevitate fieri minime poterant. Non una, et eadem definiendi ratio apud omnes alij parsimoniæ student, alios abundantia magis delectat; sua quemque trahit voluptas.

Secundo obijcitur contra illas particulas: actionis probæ, quia tragedia crudelitatem undique et sevitiem spirat; nec alio videtur Marcus Tullius respexisse cum protulit magnis mortibus, atque adeo flamis tragedias instructas esse quia nimirum luctu parricidijs, ac crudelitate plene sint. Tragicum appellavit Livius facinus grande quod comemorabat. An actiones probas in Medea, Tyeste, in Atreo, in Tantalo, quisquam respiciat? Quis eorum infandas cædes nefandos concubitus, truces cænas non execratur? Nonne solem ipsum inspecto Thyestis prandio cuius fercula fuere insontes eiusdem Thyestis Filij a Patre per fraudem, ac barbariem patrui comesti constitisse verso in orientem cursu fabulati sunt græci? Quod si nomine

actionis

probę contendat aliquis hoc loco intelligi ab Arte actionē seriā, grauē, illustrē, atq; pręstantem quod uidelicet serio, et à uiris illustribus agat; is uidebit minus sentire cū eodē Arte qui particula undecima materiā poeticę imitationi subiectā probitate, et improbitate sic distinguit, ut probitatē in uirtute improbitatem in uitijs collocet; atq; adeo uitiositate, et uirtute distinguit tū agentes quos imitat poeta, tū eorumdē actiones eodēq; nomine particula decima quarta distinguit tragędiā et comędiā; quia hęc peiores illa meliores imitat.; proinde definit comędiā peiorū imitationē, et quāuis monet non in qualibet uitio uersari comicā imitationē, uitiū tamen aliqđ illi subijcit, nec corporis solū sed animi.

Respondeo nomine actionis probę non intelligi hic in sensu proprio probitatis, adeo ut sit eadē actio proba, atq; ea quę conformat cū honestate, sed usurpari hoc nomen

ad significandam actionem seriam, grauem, et illustrem. Ad id sentiendum triplex ratio me mouet prima est quia uidemus tragedias passim imitari eorum actiones qui praestant ij quidem genere nobilitate, opibus, potentia, dignitate, quę omnia nomine fortunę solemus explicare; non uero iustitia; et probitate. Quamobrem Theophrastus dixit tragędiam esse heroicę fortunę imitationem qua oratione significabant tragędiam imitari eorum actiones qui praestarent genere ac dignitate.

Secunda ratio est, quia tragędia opponitur comędię, quod hęc deteriores illa meliores imitetur at comędia deteriores genere, ac fortuna imitatur, nimirum populares, et plebeios non uero improbos, et moribus deteriores. Igitur ut seruetur proportio quę seruari debet inter opposita, quos imitatur tragędia genere, et fortuna non moribus, et probitate studiosi, seu meliores, aut praestantes erunt. Neque obstat comędiam deteriores quoque moribus repraesentare, ut furaces seruos perditos

tos adolescentes, auaros senes, impudicas Matronas, lenones, et id genus homines. Nã id comędię accidit cum seruũ quoq; fidelẽ, cautum et prudentem senem, honestã Matronã, pudicã adolescentem, sępe numero referat. Id in comędia fixũ, ut personę mediocres, et populares nec fortunam nactę, a uulgari sepositã in ea representent.

Tertia ratio est, quia Artes ipse instruducet tragicã personã in qua maxime nitit fabula, nec pessimã esse debere nec optimã. Non pessimã, quia eius calamitas, miserationem non gigneret, nulli enĩ scelestissimorum hominũ miserent, quando his calamitatẽ inciderint, non optimam quia eius calamitas ad indignationẽ accenderet; non ad miserationẽ emoueret; quamobrem necesse est potentia, dignitate et fortuna, non moribus et uirtute pręcellat. Confirmat hanc interpretationẽ exemplũ constantiũ tragicorũ peres quos q, in quibus nitit fabula

non uirtute, et moribꝫ sed nobilitate ac digni
tate comēdantꝫ

Adhuc tamen uigere uidetꝫ difficultas obie=
ctionis eiꝰ Arte idē sit probus, ac moribꝫ et
uirtute spectabilis, id tamen etiā comode di=
lui potest si quis consideret Artem ipsū, qui
enucleatius in libris moraliū naturā uirtutis
et uitij explicauit, fuisse admodū popularē in
libris rhetorices, et poetices. Qd ad poeticā atti=
net notandū est duxisse illud exemplū tam
epopeię quā tragędię, et comędię ab Homero.
Hic autem ꝯstantissimos fecit Iliade, et Odyssea
Achillē, et Ulyssē non qd animi moderatione
morū sanctitate, et legū obseruantia utrꝗ ꝯs=
taret, sed qd altero robore corporis, manuū stre=
nuitate animi ꝯstantia in obeundis ꝓlijs, in=
uadendis hostibꝫ, ac contemnenda morte com=
mendaretꝫ. Alter quādē bellicę prętantię mini=
me exors astu, et calliditate plurimū ualeret qd
in toto Odyssę poemate spectatissime patet.

Diuinos

divinos eos appellat proinde probos, et tamen probitas ea non à virtute quę in morum ęquitate, et honestate, sed ab ea quę spectatur in bellis proficiscitur porro Achillem ubique ostendit Homerus iracundum, avarum, temeritatis, ac impudicitię plenissimum; suo Imperatori atrocissime irascitur in venereas libidines profundissime diffluit crudelitatis omnes absoluit numeros in Hectoris nece, quem iam extinctum quadrigę alligat, et circum pergama frequenti iteratione circumducit, nec repetenti patri nisi magna redemptum mercede concedit. Nonne Ulysses ex dolis totus fraudibusque compositus? Cum igitur earum virtutum, ut Homerus appellabit gratia Achilles, et Ulysses cum cęteris Gręcis non paucis adeo excellant, ut humanam pene conditionem egressi divinitatem attingant; nihil mirum si Aristes ductum Homeri secutus in praescribendis tragędię regulis eamque ordinanda docet bonos, ac probas actiones eas quę sunt tragędię materia, licet non bonitatem moralem et propriam nasciscantur.

Tertio

Tertio obycit contra illas particulas suaui sermone quę significant si gręcam dictionem respiciamus sermonem suauitate conditum. Hę igitur particulę uidentur, uel redundare, uel falso assumi. Primum inde uidetur argui, quia mox subijcit sermonem hunc constare debere armonia, et melodia; quibus apositis non potest tragicus sermo non esse suauis. Alterum quod nimirum falso assumatur ęę particulę uidentur euinci consuetudine, quę saltem post Artem rythmo, armonia, et saltatione tragediam liberauit, nec tamen tragedię naturam, et substantiam corrupisse, aut uitiasse dicenda est. Imo metrum ipsum ętate nostra aliqui sustulerunt, et tamen tragędia ipsa constitit.

Respondeo Artem in his definitionibus haud rigorem illum sequi, quem alibi definiendo sectatur; proinde non est mirum si aliqua posuit in definitione tragedię, quę non sint partes essentiales, et necessarię illius, sed locum habent proprietatum

tatem eandemque separabilem, ab ipsa tragędia. Utique credi vix potest sensisse Aristotelem esse partes tragędię intrinsecas, et necessarias saltationem, et armoniam; sed id circo eas in definitione posuit, quia in receptam consuetudinem spectabat, ac more maiorum rythmum, et armoniam in tragędia usurpandum commemoravit. Cum enim tragędia cum rythmo, et armonia ferre orta esset, et cum ijs adulta ad maturitatem pervenisset iure merito potuit ea in definitione tragędię ponere. Fatendum igitur est rythmum, et armoniam minime esse tragędię necessariam quamvis in eius definitionem inducatur. Cum praesertim in Poetarum scola, ut aiebat non phisicorum aut metaphisicorum rigor sit necessarius sed habenda sit ratio usus popularis et moris. Quod spectat ad metrum nihil eius in praesentia meminit Aristoteles nec verbum ullum de eo facit, an vero crediderit illud esse ad tragędiam necessarium, nec ne incertum est trahentibus illud huc, et illuc pro varietate opinionum interpretibus.

Quarto obijcit contra illas particulas, separatim singulis formis in partib. agentib.; quæ uerba uident habere eud̃ sensud̃, ut eæ formæ nunquad̃ coeant, sed seorsim usurpent, quod falsud̃ esse constat quia in parodo nimirud̃ in ingressu tragediæ miscent rythmus et armonia, et in stasimo in quo chorus stans canit, metrud̃ cud̃ cantu iun-cogitur.

Respondeo Artem se mox declarare loqui de metro tantum, et armonia quæ extra chorud̃ seiungunt. At in choro dicat aliquis armonia iungit metro; Igit non ubiq. separant. Hæc duo bifariad̃ iungi possunt; Uno quidẽ modo ita ut unus idemq. cantor dud̃ canit seu armoniad̃ edit metrud̃ etiam promat, qd̃ uidelicet metricum sit quoq. melos, et armonia: altero uero, ut seorsid̃ adhuc metro utat aliquis, dud̃ alter concentud̃ edit. Ex quo fit ut cud̃ posterior hic modus non esset ullo modo usitatus prior proibeat ab Arte quasi uero in dithyrambico metrud̃ esset melicud̃ et concentu

efferet: In tragędia contra distingueret: Qd tamen non facile statuas cũ chorus dũ caneret, et con: centũ ederet carmina simul funderet; sed de hac re alibi: Nunc satis sit ad distinguendã tragędiã à dithirambica illud sufficere, ut si armonia à metro non divellat in choro metrũ contra ab ar: monia divellat in reliqua fabula. Nã si te adhuc perturbet illud: seorsim agentib singulis formis: forte metrũ illud armonicũ tantũ habet in loco armonię non metri sicut in metro latens ryth: mus non attendit sed rythmi nomine is tantum interim intelligit qui à metro est seiunctus, et corporis motu saltatione videlicet, ac gesticulatio: ne exprimit. Atq; adeo possumus existimare in dithyrambico metrũ citra armoniã fuisse decan: tatũ licet tibicines, et fidicines eodẽ tempore ederent armoniã.

Sed quare pergit Arites dicere: non per enar: rationẽ? videt id minime apposita dictũ esse cũ deffinitio non negando sed affirmando condi videat

Proinde videbatur aperiendum id quo tragica imitatio peragitur, non id quo non peragitur.

Verum id nullam vim habet cum apposita fuerit negatio ad distinguendam tragediam ab epopeia.

* Plura alia essent de tragedia disputanda,* et praesertim de purgatione dicendum esset in qua explicanda non perfunctorie laborant interpretes Artis. Sed id nimium produceret orationem nostram, et brevitatem illam elideret cui cogimur ob inopiam temporis impense consulere. Quamobrem ea missa facientes ad assignandas tragediae partes gradum facimus, ne copiam omittatur quod est ad substantiam huius poematis intelligendam necessarium.

Caput Undecimum

De partibus tragediae, deque ijs quae ad eam necessario requiruntur

Iuvat loca ipsa Artis recitare iuxta versionem Riccoboni, quoniam inquit agentes faciunt imitationem. Primum quidem ex necessitate erit aliqua

pars

pars tragediȩ apparatus. Deinde Melopeia, et dictio in his .n. faciunt imitationem; Ac dico dictionem ipsam metrorum compositionem. Melopeiam uero id ipsum quod manifestam omnibus uim habet. Et quoniam actionis est imitatio, atque agitur à quibusdam agentibus, quos necesse est cuiusdam modi esse, et secundum mores, et sententiam nam propter hęc etiam actiones dicimus esse cuiusdam modi: Naturaliter sunt duę causę actionum, sententia, et mores. Et secundum has tum fortunati, tum infortunati sunt omnes est autem actionis quidem fabula imitatio. Dico enim fabulam hanc uerum compositionem. Mores uero, secundum quos cuiusdam modi esse dicimus agentes. Ac sententiam ea omnia in quibus dicentes demonstrant uel etiam aliquid enunciant mentum; Necesse est igitur omnis tragediȩ partes esse sex, secundum quas cuiusdam modi est tragedia; atque hę sunt fabula, mores, dictio, sententia, apparatus, et melopeia quibus .n. imitantur duo partes sunt quomodo imitantur una, quas imi

imitantur tres. Etenim apparatus habet omnes, et mores, et fabulam et dictionem, et melos, et sententiam similiter. Hactenus Aristoteles.

Principio uides tragediam diuidere in duas principes partes nimirum in quantam, et qualem siue in quantitatem, et qualitatem. Tum rursus hec membra singula in alias minores partes distribuit. Qualitatem scilicet in fabulam, mores, sententiam, dictionem melodiam, apparatum: Quantitatem in prologum, chorum, Episodium, Exodum. Cuius distributionis argumentum potuit ab homine ipso dessumere. Hunc n. si in quantitatem, et qualitatem distribuis, reuocabis ad quantitatem caput, pedes, et membra intermedia. At calorem, colorem, et alia id genus rediges ad qualitatem. Sic in tragedia prologus, et reliquae partes spectant ad quantitatem, cum certam ueluti molem preseferant, et magnitudinem, et longitudinem, et dimensionem. Contra uero spectant ad qualitatem fabula idest actionis imitatio, mores et huiusmodi alia, que dimensione carent, et mole.

* Exordiens igit à qualitate, et eius partib tria de ys requirit. Primu quis sit har partium usus, queq necessitas, et cur nec pauciores sint nec plures. Alteru est, q sit singular uis, et natura. Postremu q eardem partiu, dignitas, quis ordo, que collocatio. Nos hec breuiter singula attingemus eor explanatione percurrentes.

Dex igit statuit qualitatis partes. pma est apparatus, qua uisionis ornatu, siue ornatu spectaculi uocat. Hic uero spectat locu, et personas locu unde Urb ex: g: aula, domus, uiq templu et si quid huiusmodi in conspectu det. Quo spectaculi loco, ac ueluti campo contineant: personas ut conuenienti qq habitu, uestib insignib apareat. Cuius rei ratio est quia tragedia non narrando imitat, sed ab actorib siue histrionibus tragedique peragit, qui negotiantes, et colloquentes inducunt. Ita fit, ut tu locus sit necessarius, in quo agant, et coloquant, ac propterea edes, uiq, et si quid huiusmodi sint spectatoru oculis subijciende

tũ personę suo quęq; habitu, et notis distinguen-
dę et uariandę. Ut n. histriones intelligenter audi-
ant, et simul decorem seruent, et uerisimili serui-
at necesse profecto est, ut conuenientẽ quisquã
habitũ ferat: dedeceret n. uirũ felicẽ atratus habi
tus picta uestis plebeiũ purpura uirũ rebus sacris
addictũ, nisi suũ statũ dissimulet militare sagũ.
Oportet uero quisq; pro sua conditione induat
alioquin Comędo cothurnus, tragędo soccus apta-
bit qd absq; magno dedecore numquã fiet. Quo
etiam spectat loci compositio, et apparatus, un-
de iuuat spectator intelligentia, et decorũ, ac
uerisimile retinet.

Requirunt pleriq; sermonẽ metricũ, et nu-
meris adstrictã orationẽ, quo referunt Artis Mę
lopęiã nimirũ si uerbũ interpretamur melodię fa-
ctionẽ. Sed, ut superius diximus contendunt non-
nulli presertim ętate nostra solutã orationẽ non
incomode à tragędia recipi. An uero id recte
sentiant non disputabo, cũ res sit et difficilis, et

et longioris disputationis indigens.

Preterea requiruntur mores videlicet ut quis iustus, vel iniustus. Sapiens vel ignarus. Sagax vel hebetis consilij, et stupidus; periculorum contemptor, vel timidus, animi magni, vel parui. Quem locum de moribus abunde prosequitur Horatius in Poetica, ut cuique patet. Ratio est quia actores, et historiones imitantur actiones hę vero ab agentibus peraguntur; qui certis moribus affectos se esse ostendunt; quis enim ferrat Achillis imitatorem meticulosum se demonstrantem Ulyssis stultitiam fingentem Herculis abhorentem à periculis, et laboris refugientem? Cum enim auctore Arte nulla re magis homines distinguantur, quam moribus, uirtute, ac uitio, quicumque personam alterius induit, eius debet cum actione mores exprimere.

Insuper requiritur sententia, quę mores cuiusque in primis declarat, et affectus exprimit. Notandum non unam esse huius uocabuli acceptionem, alibi n. sonat idem ac opinio, et iuditium

aliti sumit pro graui aliquo dicto: qualia sunt ex: g: pulcrū est pro patria mori. Rex uelit honesta, nemo non eadē uelit; et cętera id genus, quę passim affluunt apud auctores presertim uero in operibꝫ Senecę tū ijs, quę soluta oratione exarata sunt, quā quę tragico metro. At hic sententię nomine capimus orationē qua intimū animi sensum, ac significanter exprimimus, ac mores nostros ueluti ante oculos auditoribꝫ ponimus. Hę uero duę partes, mores, et sententia, quemadmodū sunt initia, et causę actionū (hinc n. ad agendū prouocamur) et id unde finē assequimur, aut eodē frustamur, ita uel maxime inter tragedię partes referuntꝫ Deniq; quoniā actores, et histriones, actionē imitantꝫ quā recte constituere, et coamentare oportet idcirco fabula quoq; est tragedię necessaria. Aduertite uero fabulę nomine plura significari. Quandoq; n. idē est fabula ac mendaciū, uel oratio uerisimilitudinis expers. Qdoq;

uero

uero idem ac probum proinde fabula uulgi uel populi dicitur qui omnibus est comtemptui, et ab universo populo irridetur. Quoque conuertitur* fabula cum Apologo, qui est breue aliquod inuentum, uoluptatis causa, aut etiam utilitatis pronunciatum quales Esopus Phrygius finxit, ijsque fuit etiam locus in sacris paginis, ut patet in iudicum libro. Nos uero fabulę nomine intelligimus hic ad mentem Artis rerum imitandarum coacmentationem. Cum uero tragędia sine actionis coacmentatione fieri nequeat, propterea fabulam habeat necesse est. Numerauimus tragędię partes quarum numerum absolutum esse inde suadetur quia nihil uidetur ad tragędiam pertinere quod non spectet ad aliquam ex his partibus. Nullaque ex his detrahi potest quin ipsa tragędia perturbetur. Nunc opus est ad faciliorem captum totius rei breuiter singulę eius partes definitione, uel si mauis descriptione percurrantur.

Fabula est rerum compositio, et ordinata constitutio, unde una, et perfecta actio apareat.

Mores sunt, ex quibus agentes quales sint efficiuntur, aut dicuntur, ut irati, mites, læti, mæsti, probi, improbi &c.

Sententia quæ Græcis diana ea complectitur quibus dicentes animi sensus, et in universum aliquid declarant, ita ut sive aliquid narent, sive probent, confirmentve, sive improbent, revelantve, sive affectus moveant, ac propterea rem amplificent, aut minuant, sententia in eorum dictione apareat. Quamobrem secundo rethoricorum uti vocatur gnomi esse dicitur enunciatio rerum agendis universum accomodata.

Dictio quævis universim sumpta, et solutam orationem, et carmen complectatur, attamen hic intelligitur esse metrorum compositio, seu coagmentatio quoquidem antiquitus nonnisi metrica fuit tragædia, ut ab universis conceditur.

Melopæia, ut ex ethimologia patet significat

ficat melos concentum, et musicam.

Apparatus deniq. est visionis ornatus. Propterea quidquid spectator oculos pascit, et personis representandis, ac loco servit, id apparatus nomine recensetur.

Cum eiusmodi partes recensuerit Aris̄tes docet tandem earum præcipuam, et cæteris omnibus anteponendam esse fabulam: ait enim maximum vero horum est rerum compositio. Tragœdia enim imitatio est non hominum, sed actionum, et vitæ et felicitatis et infelicitatis, etenim felicitas in actione, et finis actio quædam est non qualitas. Ac sunt quidem secundum mores cuiusdam modi, ut felices secundum actiones, vel contra. Non igitur agunt ut imitentur mores; sed propter actiones mores complectuntur. Quare res est fabula finis, et tragœdia ac finis maximum omnium est. Nam sine actione non fieret tragœdia, at sine moribus fieret. Recentiorum enim plurimorum tragœdiæ sine moribus sunt, et omnino poetæ multi tales, sicut

et

et ex pictoribus Zeusis ad Polygnotum, se habet nam Polygnotus bonus morum descriptor; At Zeusidis pictura prorsus caret moribus.

Preterea si quis ordine posuerit collocutiones moratas, et dictiones, et sententias bene factas non efficiet, quod est tragedie opus, sed multo magis efficiet tragedia; Que his quidem deterioribus usa sit; at habeat fabulam, et compositionem rerum, bene factam

* * * Ad hec maxime res quibus capit animos tragedia sunt fabule partes, nempe peripecie et agnitiones. Preterea signum est, quod et qui conantur rem poeticam agere prius possunt dictione, et moribus res esquisite tractare, quam res componere ut et primi poete fere omnes. Hactenus Artes. Ex cuius doctrina illud tandem evincitur non tam nos solicitos esse debere in ornanda fabula, quam in ipsa fabula. Quemadmodum enim pulcritudo hominis magis in eius corpore, quam in vestium ornatu spectatur, licet vestes etiam necesse sit

ne

ne sordescant, ita tragediç (qđ dicendū est de comędia, et epopeia) elegantia magis à fabula quę corporis instar est quā à dictione, quę vestiū vicē gerit comendať. Totū hoc breviter quidē sed eleganter exposuit Horatius in arte.

Interdū speciosa locis, morataq; recte
Fabula nullius Veneris sine pondere, et arte
Validius oblectat populū meliusq; moratẜ
Quā versus inopes reẜ, nugęq; canorę.

De peripetia, et agnitione quos hic nominat, Artes loquemur infra cū fabulę, saltē dramaticę partes ut appellant quantitativas enumerabimus. Interim ne nos vocabuli saltē notio fugiat, peripetiā esse discito imutationē, et inversionē reẜ (cū n. tragędia à faustis semper, aut plerūq; principijs exordiať; Aut semper habeat exitū principio dissimilē, et qualē nemo inde expectaret, res inverti cępit in actu plerūq; tertio. Alio nomine appellať catastophre, quę et ipsa significat reẜ inversionē. Agnitio vero ea pars fabulę esse

esse dicit in qua fabulę nodus dissoluit, et in qua maxime elucet scriptoris ingeniū, et industria. Quia .n. nodus si bene affabreq. sit nexus difficilē habet explicationē proinde sui his scriptor aprobabit ingeniū et mentis atiē comendabit, si ita illū expediet, ut non amputasse cū magno Macedone uideat: Amputare ȝ non soluere dici possunt qui Deū aliquē inducunt qd̄ sine magna necessitate faciendū non esse docet Horatius.

Nec Deus intersit, nisi dignus uindice nodus
Inciderit.

Facile est huiusmodi nodos x insomnia soluere, ad quę recurrere plures solent, sed minime in ea agnitione ingenij uis elucet quę .n. facilia, minimā laudē parturiunt. In alcmena Plautus nodū texuerat quo nullus fortasse arctior, quapropter ad uoluptatem comicā maxime idoneus. Sed in agnitione uisū est ingeniū succubuisse quoquidē

capi:

Jupiter ipse nodum absolvit.

Caput Duodecimum

Quas conditiones fabula habere debeat ut sit perfecta

Cum Præcipuum inter tragediæ partes fabula locum obtineat, postulat ratio, ut in ea explicanda aliquandiu imoremur id vero eo libertius facio quia quid comune est fabulæ poemati dramatico cum Epico proinde cum eam perspicue intelleximus viam nobis ad omnia poemata muniverimus.

Primam fabulæ conditionem, eam esse asserit Artes ut sit perfecta; Perfectio in eo consistit ut sit tota; tota tandem est quæ habet initium medium, et finem; Principium inquit est quod ipsum ex necessitate post ~~est~~ aliud non est post illud vero aliud naturaliter est aut fit. Finis contrarium; quod ipsum post aliud naturaliter est aut ex necessitate aut plerumque, post hoc autem aliud nihil medium, quod, et ipsum post aliud est

est. Oportet igitur bene compositas fabulas, usque
undelibet incipere, neque ubilibet finire, sed
uti dictis formis & est igitur de ratione princi:
pij ut nihil habeat ante se in eo ordine in quo
principium est. Sic aurora est principium diei
quia nihil illius diei est ante auroram. Ita
finis est, quem nihil consequitur in ea ratio:
ne, in qua finis est, atque adeo quia nihil
diei sequitur vesperum, propterea vesper est
finis diei, meridies tandem est medium eiusdem
diei, quia partes diei aliquae antecedunt
partes diei aliquae meridiem secuntur. Quoties
igitur fabula talis erit, ut habeat principium
medium, et finem toties perfecta erit.

Artis doctrina quemadmodum brevissima
est ita dificultates continet quae non nisi lon:
giore oratione, ac prolixa comentatione enodet.
Quod enim statuit de principio, medio, ac fine fa:
bulae, videtur neque pro se rationem habere, neque
poetarum exemplis confirmari.* Poetas dico tum Epicos

Epicos tum dramaticos quia in hoc eadem est ratio de utrisque, ut incipiam ab exemplis, servare quidem ordinem naturalem. Papinius Statius in Thebaide, et idem facturus videbatur in Achilleide; Lucanus in Pharsalia, Silius Italicus in bello punico, ut consideranti patebit. Minime vero eundem naturalem ordinem secutus est Virgilius in Eneide, quemadmodum ab eodem recesserat Homerus in Iliade, et Odyssea.

* De Virgilio patet apertissime quod quidem Eneę errores, et aduentum in Italiam postquam a Patria discessisset, enarraturus poema suum incipit, à tempestate qua Troiana Classis, in Mari Lybico iactata est, et pene pessumdata. In secundo vero et tertio libro per Episodicam Eneę narrationem, et Ilij excidium, et universam Eneę navigationem exponit. Laudavit id ut cętera Virgilij omnia Scaliger maior dum ait nequaquam ab ovo ut inquit Horatius incipiendum. Hoc primum pręceptum esto. Restsum=

sumendū principiū ab illustri re eaq; tum cognata tum proxima, qđ à Lucano obser=vatum fuit qui bellū Civile scripturus statī apponit Cesarē ad Rubiconis transitū. Unde hostis à senatu indicatus bellū facere coa=ctus fuerit. Altera lex non recto tramite ducendū narationē, ne tędiū pariat: Res .n. eadē, sępe iteranda, sępe etiā inculcan=da est necessario. Id qđ comunibꝫ pceptio=nibꝫ, quę supra positę sunt maxime adver=satꝫ. Hoc ipsū igitꝫ, qđ pro principio sumes ne statuas in principio. Ita .n. auditoris ani=mus est suspensus. Quęrit .n. quę non dum extant. Ea sane vel unica vel pcipua vir=tus auditorē quasi captivū detinere. Qua=re sumus Poeta ad eū modū digessit, ut Ęneę narationis finis fuerit operis initiū.

Hinc me digressū vestris Deus appulit oris. id vero multo ante docuerat Macrobius in Sa=turnalibꝫ: nec illud inquit eū cura magna velan

relaturus sum, licet ut extimo non omnibz observatu̅, q̅d cu̅ primo uersu, promisisset sese producturu̅ de Troiȩ littoribz Æneam

Troiȩ qui primus ab oris
Italia̅ fato profugus lauinaq; uenit
Littora.

ubi ad ianuam narrandi, uenit Æneȩ classe̅ non de Troia, sed de Sicilia producit.

Uix è conspectu Siculȩ telluris in altu̅
Uela dabant lȩti

quod totu̅ Homericis filis intexuit ipse .n. uitans in poemate historicor̄ similitudine̅, quibz lex est incipere ab initio rer̄, et continua̅ narratione̅ ad fine̅ usq; perducere, ipse poetica disciplina à rer̄ medio cȩpit, et ad initiu̅ post reuersus est. Ergo Ulyssis errore̅ non incipit a Troiano littore describere, sed facit eu̅ primo nauigante̅ de insula Calypsonis, et ex persona sua deducit ad Phȩacas. Hic in conuiuio Alcinoi regis, ipse nar:

narrat quemadmodum de Troia ad Calypsonem usque pervenerit post Pheacas rursus Ulyssis navigationem usque ad Ithacam ex persona propria poeta describit, quem secutus Maro Eneam de Sicilia producit cuius navigationem describendo perducit ad Libiam. Hic in convivio Didonis narrat ipse Eneas, usque ad Siciliam de Troia navigationem suam; Et addit uno versu, quod iam copiose poeta descripserat.

Hinc me digressum vestris Deus appulit oris

Eumdem hunc ordinem comutatum, vel ut vocant alij perturbatum, artificiosum videlicet, et naturali oppositum opinantur multi traditum esse ab Horatio in arte cum cecinit.

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo.
Semper ad eventum festinat, et in medias res
Non secus, ac notas auditorem rapit.

quo in loco cum Anthimacum reprehendisset qui Diomedis reditum canens à Meleagri morte, à

à primis videlicet initijs exorsus est præcipiebat, ut Poeta Homeri exemplo ad rerum euentus, ac res medias raperet auditorem.

Quidquid vero sit de Horatij doctrina, quam in alium sensum adducta interpretatione comentatorum aduocat Augustinus Mascardus, ut infra uidebimus, porro pro hoc eodem ordinem statit Uida Cremonensis in sua Poetica cuius auctoritatem non est cur pro nihilo habeamus.

* Haud sapiens quisquam annales seu congerat illi; *
Inchoat exidium veteris pastoris ab usque
Iudicio memorans ex ordine singula quæque,
Ad Troiam Argolicis cessatum est Hectora duro.
Conveniet potius prope finem prælia tanta,
Ordiri atque graues iras de Virgine rapta,
Aversi Æacidæ præmittere: tum fera bella
Consurgunt: tum pleni omnes Danaique Phrygesque
Xanthusque Simoisque et inundant sanguine fossæ
Haud tamen interea quæque præcessere silendum,
Aulide iuvantes Danaos vectosque per æquor,

Mille rates, raptusq; Helenes et coniugis iras
Queq; novū Troja est annos perpessa priores.
sit de Iliade Homerica Ilida pergit vero, ideq;
iuditiū affert de Odyssea * * * * * * * * * * *
Atq; etiā in Patriā si quis deducere adortus,
Errantē Laerciadē post Pergama capta
Non illū ideo soluentē e littore classē
Cū socijs primū memoret Ciconesq; subactos
Sed iā tū Ogygiā delatū sistat ad alta,
Virginis amissis socijs, Atlantidos antra
Exin post varios Pheacū in regna labores
Inserat; his positis demū ipse mescima mensis,
Erroresq; suos narret casusq; suorū.
nec fuisse in hac eadē sententia Marcū Tulliū
aliquis opinet; Q(uo)d quidē cum Attici litteris res=
ponderet dixit se ab ultimis, aut medijs reb;
Homeri instar duxerunt initiā, quē imitatus
est Quintilianus non dissimili oratione, aut pro=
verbio utens. Plutarcus etiā observat Homerū
eque in Iliade, ac Odyssea duxisse initiū ab ijs
reb;

rebꝫ quę magis essent perturbatę et in motu positę

Hunc sane ordinem cum vetustate non modi:
ca secutus est Heliodorus in poemate illo de amo:
ribꝫ Charicleę, quod ipse opus appellat Historiam
Æthiopicam, quamuis reipsa totum sit fabulosum,
et inter poemata ab iis agnoscendum, qui sine uer:
su poemata dari posse non negent, et hunc ipsum
quem laudauit in Poetica secutus est scribendi
ductum Vida in Christiade siquidem, exorsus est
a die, qui fuit morti proximus, inducit uero Iose:
phum, quem superstitem facit narrantem Pontio
omnia quę præcesserant * * * * * * * * * * * * *

Ex his, quę diximus de ordine commutato
intulere aliqui notę non uulgaris inter aucto:
res non modum laudabilem esse uerum et neces:
sariam perturbationem ordinis in poemate, adeoque
delinquere illos aduersus leges poeticas, qui
naturalem ordinem anteponunt. Imo nonnulli eo
progrediuntur ut doceant in hoc præcipue situm
esse discrimen inter historicum et Poetam ut ille

in suis narrationibus naturalem; his perturbatum quem artificiosum appellant, consequatur.
* Auctores huius sententiæ recenset Augustinus Mascardus, eorumque argumenta producit in arte historica tractatu quinto capite quarto particula prima. Affert presertim argumenta Patris Tarquinij Gallucij, cuius se auditorem fuisse prioribus adolescentiæ annis profitetur, et quia adhuc uiuebat dum Mascardus artem scriberet, imo aliquot annis superstes fuit, in eius doctrinam inuectus est, multisque ueluti machinis arietauit. Unum miror in Mascardo, qui omnes auctores perlegerat tacuisse uidelicet Uidæ auctoritatem, quam nos attulimus, nec pro se laudauisse Paulum Benium, qui et ipse perturbatum ordinem criminatur. Sed quod spectat ad Benium id fortasse fuit eo consilio, ne eius auctoritati tribuere quidquam uideretur, quem alibi proscidisset, et hac fortasse etiam de re Uidam spreuit cuius auctoritatem, et doctrinam Benius

reci:

recitauerat. Nos ut à Mascardo in hac materia aliquid dessumamus Tarquinij doctrinã, quam affert recitabimus, deinde afferemus solutionẽ, seu potius responsionẽ Mascardi, statimq. huic controuersię modũ statuemus.

Recitauit Tarquinius duos Horatij uersus ex arte nimirũ

Nec reditũ Diomedis ab interitu Meleagri
Nec gemino bellũ Troianũ orditũ ab ouo.

deinde subdit: Quo loco citra controuersiã hoc tradit Pceptũ inuersionis, quia de principijs ibi poematũ disputat aduersus Cycticum.

Deinde assumit Tarquinius locũ ex Arte circa finẽ quẽ in hunc modũ uertit Riccobonus. De narratiua autem, et in metro imitatione oportet fabulas constituere quẽadmodum dramaticas in tragędijs, et circa unã actionẽ totã, et perfectã habentem principiũ, et mediũ, et finẽ ut quẽadmodũ animal unũ totũ efficiat propriã uoluptatẽ, nec similes esse historijs consu:

consuetis in quib. necesse est non unius actionis efficere expositionem, sed unius temporis quęcumq. in eo sunt circa unum uel plures, quor. unumquodque, ut sors tulit respicit alterum; Quemadmodum .n. secundum eadem tempora, et in Salamine facta est nauulis pugna, et in Sicilia Carthaginensium pugna nequaquam ad eundem tendentes finem. Sic et in temporib. consequentib. aliquando fit alterum cum altero, ex quib. non existit unus finis. Ac ferme id faciunt Poetę multi quadobrem, et in hac parte divinus apparere Homerus pręter cęteros potest et quia neq. bellum quamuis habens principium, et finem agressus est uersib. describere totum. ualde .n. magnum, et qd non facile cognosci poterat euasurum erat, uel magnitudine se habens modice intertextum uarietate; nunc autem cum abstulisset unam partem Epysodijs usus est ipsor. multis, ut Nauium catalogo, et alijs Epysodijs quib. distinguit Poesim. Alij uero circa unum canunt, et circa unum tempus, et unam actionem multar.

partium

partiū, ut qui Cypria facit, et parvā Iliadē. hactenus Artēs: Ex his subdit Pallucius ratiocinari sic libet. Confirmat Artēs fabulę constitutionē in epica similē esse constitutionib; tragędiaꝝ; sed tragica cęteraruꝫ; dramaticaꝝ expositio formaꝝ principiū ducit à medio, uel fine rei gestę posterita vero, et superiora per Episodia coacmentat, et per narationes aliquoꝝ hominum, qui ea pro re nata comēmorant inter agendū. Confirmat igit Artēs epicę narationis initia petanda esse a medio &c. Deinde addit. Docet constitutionē epicę dissimilē usitatis historijs esse. docet igit alio prorsus modo disponendam esse quā disponat historia. At si temporis sequeret ordinem eodē plane modo disponeret &c.

Caput Decimū tertium

Diluunt obiecta, et tota quęstio

soluit

Ut hęc non minus implexa, quā prolixa disputatio euoluat ęque ac absoluat satisfaciendū

est

est nonnullis argumentis, quę imutatum ordinem videntur propugnare, ut necessarium, deinde stabiliendum est quid sentiri debeat circa propositam questionem.

Locum Horatij ex Poetica, quem pro sua sententia afferunt, qui eidem ordini opitulantur nimirum

Ordinis hęc virtus erit, et Venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat, iam nunc debentia dici,
Pleraq; differat, et presens in tempus omittat.

in hunc modum interpretatur Iacobus Grifonius à Mascardo laudatus: Monet inquit, ut diligens Poeta non ut sibi quidquam offeratur, statim id arripiat, et dicat; sed ut perpendeat quod rei uniusq; sit pondus et in quem locum ea maxime conveniat. Itaq; quod nunc esse dicendum videatur id nunc dicat; quod alio tempore illud differatur. Presens vero tempus cuiusq; rei dici potest, quod est ei oportunum, et quod postulat ut res agatur, et dicatur; huc usq; interpres. Eidem explicationi favet Vicentius Magius dum ait. Ex dictis igitur satis patet Horatium non intellexisse verum ordinem

ordinē esse peruertandū, his fluxerat in eius:
dē loci interpretatione Acron Gramaticus celebris
Horatij scholiastes cuius hęc uerba sunt quibꝫ Ho:
ratij locus paraphrastice explanatur. Aut ego fallor,
aut ista est ars quā dicturus sū ut quędā dicat,
quędā seruet in aliā partem; Ut quę debent dici
sine dilatione dicantꝫ, quę non debent pro tempore
differantꝫ &c. Allatę expositiones docent numquam
inuerso perturbatoq; ordini fauisse ut utili aut
inexisse, ut necessario Uenusinū, sed monuisse
poetam, ut in digestione poematis prudenter in:
cedat, ne partium confusio resultet ex ordinis
negligentia, adeoq; qd nunc dici posset nunc di:
cat, differat in aliud tempus, qd alio tempora
potest oportunius dici, propterea huiusmodi di:
ligentia, et scriptoris industria, uenustū pruden:
temq; ordinē pariat. Nec alius Horatij locus
utilioriq; perturbato ordini uidetꝫ esse

Nec reditū Diomedis ab interitu Meleagri
Nec gemino bellū Troianū orditꝫ ab ouo. uti

ubi minime Poeta de Poematis disputatione iterum loquitur de qua superius, quantum satis fuerat dixerat. Exprimit igitur doctrinam Artis de poemate exordiendo; qui cum poema iustæ mensuræ debere esse superius statuisset, quare unico intuitu tota actio exhibita spectaretur, partiumque vastitate ne in monstrum degeneraret, quale esset animal, quod mole corporis plura loci stadia occuparet, merito Homerum supra reliquos poetarum vulgus attollit dicens: quare quemadmodum diximus iam, et hac de re divinus utique videri posset Homerus præter cæteros; quia neque bellum quamvis habens principium et finem agressus est canere totum. Valde enim utique magnum, et quod non facile undique perspici posset, futurum fuit, vel magnitudine modice se habens intertextum varietate: nunc autem cum unam partem inde dempsit Episodijs usus est.

* Hæc Artes. Porro si Homerus à gemino ovo * nimirum ab Helenæ natalibus orsus esset Iliadem

in

in imodicam magnitudinem opus suum extendisset. Quandoquidem erat illi necesse, ut Paridis Iudicium enararet cuius exitus fuit, ut Veneri pomum aureum, et maioris pulcritudinis index concederet ad Helenę nuptias impetrandas. Inde narranda erat Paridis nauigatio, raptus sponsę, uiolatis hospitij legibs, Gręcorum principium conspirato in Helenę coniugio sponte contracta iniuriam ulciscendi, quoties ea raperetur; Belli apparatus comuni totius gręcię nomine; simulata Ulyssis amentia ne ad eam expeditionem proficisceretur, dissimulatus Achillis sexus sub habitu muliebri inter Lacomedis Virgines lasciuientis, ita Thetide genetrice precipiente plurima alia euenta erant poemati inserenda, quę utpote scilicet belli parasceue nihil conferebat, nisi caute omiterint, multas paginas inutiliter impleuissent. Quapropter ijs prętermissis

Semper ad euentum festinat, et in medias res

Non secus ac notas auditorem rapit &c.

ea uero doctrina non epicis tantum, sed dramaticis

cis etiam comunis est. quamobrem Sophocles minime suum Aiacem flagelliferum exorsus est ab armorum iudi:cio unde orta dementia: Œdipum Tyrannum non à caede Lai sed ab Oraculo quod id expiari mandabat. Euri:pides quoque suas Phenissas auspicatur non à bello quo Thebani petiti fuere, sed à foedere, quod ne quidquam componendum curauit Iocasta: Alcestidem non ab Oraculo Admeti, sed obitu eiusdem iam immi:nente. Seneca quoque Medeam exorditur non à condita Argorum urbe, ut facere Euripides, et Ennius, sed a coniugio Iasonis, et Creusae; propterea Horatius sub nomine poetae Cyclici carpit quendam Antima:chum ut sensere Heron, et Porphirius, ueteres Ho:ratij comentatores qui cum poema contexuisset de bello quo Graeci Thebas agressi sunt, quatuor su:pra uiginti libros scripsit antequam septem Thebis admouisset. Nullum ergo originis perturbati uesti:gium legimus in Horatio eademque uestigia debet suis argumentationibus Mascardus in doctrina Artis, quam pro eodem ordine attulerat Paulus Sal:

Palluccius; a quorum rationibus recitandis abstineo, ne in alienis refellendis, uel confirmandis diutius imorans auditorum patientiam nimis excruciem. Ut igitur meam sententiam tandem pronuntiem.

Dico primo in poeticis scriptionibus plerumque naturalis ordo usurpatur. Id patet primo multorum poetarum exemplo, qui eum citra censuram usurpauere ut Lucani, Statij, Silij, aliorumque multorum quibus a nemine hactenus uitio datum est, propterea quod naturalem ordinem prosequentes à perturbato abstinuerint.

Patet 2.do, quia rationes, et auctoritates quae fauere perturbato ordini uidebantur reiectae sunt, ostensumque auctores laudatos immerito distrahi in eum sensum qui eundem ordinem necessarium asserebant. Vidensque uero Cremonensis doctrina non tanti est, ut ob eam res noua statui debeat, cum etiam ipse in interpretatione Artis, et Horatij allucinari potuerit sicut plures alij allucinati fuere.

Dico 2.do ordini perturbato locus est in Poemate tam Epico, quam Dramatico. Est contra Cast=

Castaluetrũ, Alexandrũ Picolominiũ, Iacobum Mazzoniũ, et Leliũ Bisciolã, quos refert Mascardus in loco laudato.

Probat in primis auctoritate Homeri qui p̃sertim in Odyssea huic ordini institit frustraq; aduersarij contendunt in eo poemate seruatũ esse ordinẽ historicũ seu naturalẽ. Quia qui affirmat Ulyssis nauigationẽ non inchoari ab Ilio diruto, sed à Calipso Nimphę hospitio, non tollit dificultatem quandoquidẽ non nisi à medio quinti libri discedit Ithacus à Calipso, interim p̃cunt duo deorũ concilia, Thelamaci itinera Patris notitiã aucupantis, procorũ conuiuia, pluraq; alia quę ordinẽ omnino perturbant.

Et me quidẽ iudice perturbauit ordinẽ Maro in Eneide cũ aduentu Enęę in Italiã quẽ ipse sibi cantandũ statuerat non nisi in exitu libri quinti absoluit. Cur uero potius à Sicilia in Affricã quã ab Affrica in Italiã inchoat? Cur non à Troia, uel ab Antandro? porro ni maluisset

maluisset poeticè quã historice scribere hinc non illinc exorsus esset. Quis unquã historico comisis:set, scriptori videlicet naturalẽ ordinẽ imitanti tã longũ Episodium, quantũ est id qđ, et Ulij casus, et errorẽ tã prolixum per Ægęũ Ioniũq mare complectitr? Heliodorus vero vel est damnandus vel pro perturbato ordine afferendus; nec quis:quã nisi ingenij invellicandos alios propensionis scriptorẽ adeo elegantẽ criminabitr. Oppidò Tor:quatus Tassus nihil Heliodoro tribuisse censeri non potest cũ ab eo Clorindę fabulã acceperit, et mutatis dumtaxat nominibz suo poemati inse:ruerit, itaut Clorindã, Charicliã, easdẽ fuisse fatemur cogamur si patriã, si natalia si educati:onẽ spectamus * Sit igitr vatũ utriq ordini in poemate locũ * esse et utriq laudabiliter quã:obrẽ liceat poetę pro suo arbitratu, alterutrũ sequi, citra omnẽ censurã. De auctoritate Artis nihil sũ omnino sollicitus cũ in suã quisq sen:tentiã illius textus trahat, nec aliorz interpretatio:nes

nes damnare mihi integrum sit, qui alios potius uerear quam accuso.

Caput Decimum quartum

Quanta debeat esse tragedia

Poema animali comparat Artes ut superius vidimus; animal vero ut oculis probetur pulchrum esse debet nec pulchritudinem consequetur nisi debitam habeat corporis quantitatem. Iuvat ipsum Artem audire, Præterea vero, inquit ille quoniam pulchrum, et animal, et omnem rem, et quæ ex quibusdam composita est, non solum hæc ordinata habere oportet verum etiam esse magnam, sed non quomodolibet. Nam pulchrum in magnitudine, et ordine consistit, unde neque omnino parvum animal esse potest pulchrum confunditur n. spectatio, quæ prope insensibili tempore fiat; neque omnino magnum non n. solum spectatio fit, sed perit spectantibus unum, et totum in expectatione, ut si decem millium stadiorum sit animal; Propterea oportet quemadmodum in corporibus, et in animalibus inesse

quandam

quidē magnitudinē sed eā quæ facile conspici possit sic et in fabulis inveniri quidē longitudinem sed eā quæ facile retineri memoria possit. Hæc Artes; Ex quo docemur quoniā actiones quæ initio medio, fine constant adhuc sunt positæ in magna varietate, ita ut exiguæ sint aliæ ingentes, quędā intra mediocritatem contineantur, qualis et quanta tragicæ actionis magnitudo seu potius longitudo esse debeat. Verū n. natura debitā cuiq. molē, et magnitudinē tribuit ac pro ratione, finis hanc majorē, minorē illā sic poeta certa debet longitudine, ac mole Poemata conficere atq. illaq. magnitudinē, pro usus et finis varietate distinguere, et variare; qd idē probat quia nō satis est animali ad pulchritudinē impetrandā si magnitudinē habeat, sed ea debet esse cū debita proportione. Quis n. dicat fuisse pulcherrimū Poliphemū propterea qd corporis magnitudine antrū ingens implebat adeoq.

de se diceret apud Ouidiũ:

Aspice sin quantus non est hoc corpore maior
Jupiter in cęlo!

porro pulcritudo quã pro sua conditione, quęque res postulat in magnitudine, et ordine posita est. Alioquin pulcherrimus inter quadrupedes esset Elephans, quia membrorũ proceritate, cęteris omnibꝫ antecellit, imo in tota animantiũ uniuersitate primas pulcritudinis partes occuparet balena quia fortasse nullũ est animal, quod balene magnitudinẽ prouocet. Unũ aduertit ad pulchritudinẽ requiri aliquã proceritatem, qđ de hominis pulchritudine alibi docet, nẽpe pusillũ animal uenustũ quidẽ esse posse non vero pulchrum neque pomilionẽ, quis uocet pulchrũ licet uenustã alioquin faciẽ habeat. Qđ ad tragędiã pertinet id concludendũ. Quẽadmodũ res corporea, et precipue animans ut pulchra sit debet habere talem magnitudinem

quę

quę neq; propter parvitatem nimia celeritate nec propter imodicā magnitudinē nimia tar=ditate comprehendatr sed facile, et comode per=cipiatr: ita in fabulis magnitudo, seu verius longitudo, talis esse debet, quę facile percipi possit, et memoria retineri. Nā quā habet oculus ad rē corporeā, ac sub aspectū ca=dentem in spectatione ac perceptione pro=portionē, hanc eādem habet ad rē incorpo=reā in cognitione mens, et memoria.

Caput Decimū quintū

Quanta esse debeat fabulę longitudo.

Postquā statuit Artēs Poema quodcumq; illud sit Epicū vel Dramaticū, ita intra quosdā limites coercendū esse, ut neq; nimis sit parvū, neq; in imodicā magnitudinē crescat cū parvitas aspectui magnitudo memorię offi=ciat necessariū videtr ut tandē quantita=tē debitā definiret, ut huic necesitati faciat satis, sermone ad tragicā rationē contracto.

tragicę longitudinis terminum posse tum ex con=
temptione, aut sensu, tum ex rei ipsius natura
ęstimari ac desumi: ex contemptione quod non
pro agonitarum, siue actorum uoluntate et oportuni
tate producerent aut contraherent, dum uel artem
ostentare satius, uel breuitati studere ac
sumatim fabulam ac spectaculum pro arbitratu*
*plus minus augere, aut minuere cuperent.
ex sensu quod pro auditorum ac spectatorum comō=
ditate, et uoluntate cogerent sępius tragici,
aut actores spectaculum contrahere ac sumatim
auditorum uoluntati seruiret. Atque hoc pacto siue
ex contemptione, siue ex sensu quęreret lon
gitudinis terminus is pertineret ad artem poe=
ticesque pręceptis non esset pręficiendus ubi .n.
uel histriones uel spectatores, uel utrique
requirant ut pro eorum comodo tempus ac ter=
minus pręscribatur fabulę non poterit haberi
ipsius rei ratio, et quod ex se tempus requi=
rat statui. Ita sane ad Clepsidram erit confu=
giendum:

confugiendum, qua sine Agonistæ, et Histriones sive spectatores, atque ij in primis qui præessent ludis tragediæ tempus perficiant, id quod olim taste ipso Arte in more erat positum, cum in publicis spectaculis, ac ludis Clepsidra tempus continerent tragedijs singulis quas ex ordine recitabant. Clepsidra vero ut obiter dicam fuit usitata Areopagitis primum deinde Romanis in causis dicendis, ne Oratores latius vagarentur. Propterea Martialis ad Cinnam.

Sed tamen ingenti Clepsidras voce petisti
Quatuor.

ita fiebat, ut si centum tragediæ ex: g: totis illis spetaculorum diebus recitandæ proponerentur tempus Clepsidra proponeretur singulis. Ex quo facile eueniebat, ut auctoribus dum laudis præmijsque aspirarent tempus ex æquo distribueretur, ut par esset industriæ locus. Hic igitur terminus non est artis. Quandoquidem ars rei ipsius usum, finem, naturam denique ipsam spectaret: Et pro

fine

fine, ac natura præsertim fortunæ comutationis ratione habita tempus præfigeret. Atq; si ita est quem ex arte ac pro rei natura terminum tragędię dicas? terminus inquit Artēs, qui ex rei natura petatur, quo erit major, eo erit pulchrior, et naturę aptior. Quamquam duę sunt conditiones spectandę. Altera est ut terminus sit perspicuus totus. Sic enim debet longitudo produci, ac tempus, ut non officiat memorię ac cogitationi. Altera ut terminus is sit, quem rei magnitudo postulat; erit n. eo perfectior terminus, quo rei postulat magnitudo. Itaque si tragędia alias sit vitiosa, ut quia fabula sit jejunia, nec talem amplificationem admittat, aut etiam nexu non pulchro constet, aut solutio sit præpostera certe amplitudo non tollet, aut minuet huiusmodi vitia. Dicamus ergo eum esse tragicę magnitudinis idoneum terminum, in quo verisimili vel necessaria ratione nascentibus rebus contigit adver

sas

sas in secundas vel e contrario secundas in adversas mutari. Itaque cum tragica fabula nexu constet, et solutione tantum temporis tribuendum est fabulę quantum rebus nectendis, et dissolvendis deserviat;* Cum tragediam *nexu, et solutione tamquam duabus partibus* compertum sit. Quod non est adeo tragedię singulare, quin epicę quoque conveniat; Quamvis enim epica non urgetur tempore, ut tragedia proptereaque illi maior quam huic impertiendum sit ac pro actionis magnitudine inserenda episodia; utrique tamen comune est, ut nexus et solutio fiat verisimili rerum ortu et successione: ita ut illud plane tempus rerum perturbandis prius, tum componendis, et in universum nectendis solvendisque debeatur.

Longitudinem tragedię discretis verbis docet Artes particula trigesima prima; ubi ait: Epopeja igitur tragediam usque ad solum hunc terminum consecuta est quod

sit cum sermone imitatio bonorum In eo autem differunt, quod illa quidem metrum simplex, et enarratio est; praeterea longa est. Haec vero quammaxime conatur sub uno solis ambitu esse aut paulisper variare*. Cum epopeia indefinita sit tempore*. Atque in hoc differt etiamsi primis temporibus id similiter facie: bant tum in tragedijs, tum in Epicis. Hactenus Artes: Ex cuius doctrina illud tandem evincitur, ut quae ad tragediam spectant, eamque tamquam materiam componunt, talia sint, ut uno so: lis ambitu, aut paulo amplius fieri potu: erint. Ubi adductis integrum diem, non spectaculo ipsi quo tragedia representatur concedendum esse verum actioni, nimirum, ut quae nodum et solutionem faciunt, intra unius diei terminos evenire potuerint.

Haec sane temporis limitatio difficillima videri potest, si ad quamlibet tragediam res: piciamus. Tot enim variaque complectitur, quibus non

unus

unus dies, sed ne unus quidem annus sufficere ui=
deatur. Hanc sane legem nostri temporis drama=
tici contempsere, ut ij testabuntur, qui dramata
quę singulis annis præsertim diebus saturnalibus
Venetijs exhibentur consideravit; Ex quibus ut
arbitror, minimum eius uoluptatis, quam hau=
riunt spectatores perciperent, si ad leges, ac
regulas Atticas dramata eadem coercerentur * * * *
* * * * Verum, ut positionem magni philoso=
phi eiusdemque sapientum omnium magistri tuea=
mur notandum est multa in tragędia agi,
et recitari, quę ad fabulę substantiam minime
pertinent, uerum illi accidunt, et sunt ueluti ex=
trinseca; eaque sunt præcipua, quę nuncius aliquis
narrat. Multa suponuntur ut ante facta eaque
non ad substantiam dramatis spectant ut ai=
ebam, sed illi accidunt. Sic in Hercule furente
Senecę ex: g: plura sunt, quam ut intra unius diei
ambitum coerceri posse uideamur, uix .n. fieri posse
uideatur, ut in tam breue spacium contrahantur querellę
Iunonis

Iunonis, et indignatio contra pellices Iouis, simulq. contra Herculem natum ex pellice. Megarae fletus ob absentiam Herculis coniugis, et ob minas Lyci qui Creonte interempto, et regno potitus eidem Megarae uim inferre nitebatur. Reditus Herculis ab inferis qui luculenter narratur à Theseo Amphitryone alloquente caedes Lyci quem Hercules ob raptum regnum sacrificaturum interficit. Furor deinde Herculis Iunonis opera, et à furente uita coniugi filijsq. erepta. Paenitentia tandem eiusdem Herculis resipiscentis, et sibi mortem conantis inferre Amphitryone obstante. Ad substantiam tragediae spectabunt tantum minae Lyci, Herculis reditus, Lyci caedes, furor Herculis, et neces coniugis ac filiorum cum paenitentia quae licet difficile in unius diei ambitum coire posse uideantur attamen spectatis Herculis uiribus coijsse non repugnat. Idem iudicio facito de alijs eiusdem Senecae tragedijs si uis Artis doctrinam adeo ratam haberi, ut citra flagi

tium

tiũ ab ea recidi non possit.

Caput Decimũ sextũ

De unitate Fabulę

Postquã definitũ est tempus tragedię comedięq; appositũ operę pretiũ est ut de unitate fabulę aliqua prælibem; est .n. res valde implexa multisq; difficultatib; involuta, et de ea passim disputant quicumq; res poeticas attigere conveniunt omnino epicis cũ dramaticis, in unitate Poematis, adeoq; tam ij, quã isti contra leges poeseos peccant, quoties unitatem aspernant. Sed iuvat audire Artem. Fabula autem inquit ille est una non ut aliqui putant si circa unũ sit, multa .n. et infinita genere contingunt, ex quib; nonnullis nihil est unũ; sed et actiones unius multę sunt ex quib; nulla actio est una.* Quare omnes videntur peccare quicumq; ex poetis Herculeidem, Theseidẽ, et talia Poemata fecerunt, putant .n. quoniã unus erat Hercules, unã etiam fabu:

fabulam conuenire. Hactenus Artes. Ex cuius uero doctrina primo constat quomodo fabula non sit una. Seu quomodo, et cur aliqui perperam existimauerint esse unam tum uero innotescit quomodo una censenda sit. Et utramque partem illustrat exemplis. Igitur fabula non est una si circa unum hominem uersetur. Fieri .n. potest, ut multa, eaque uaria ac diversa unus, et idem homo perpetrarint que sint plane disiuncta, nec ulla inter se affinitatem habeant, et coniunctionem. Multa Herculi, ut stamus in exemplo Artis impu: tantur que adeo disparata sunt, ut nullam fabu: le unitatem sit habiturum poema; si ex ijs omnibus contextatur. Sed iudicium facito de multis alijs hominibus, qui plura fecerunt, proinde unitatis decus desiderabitur in fabu: la, que circa omnia ea uersetur. Quod spectat ad alteram doctrine partem in qua unitatem eamdem docemur sic ait Philosophus. At Homerus

quem:

quemadmodũ in alijs excellit sic etiã hoc videt pulchre vidisse sive propter artem sive propter naturã. Odysseã n. faciens non descripsit omnia, quæcumq; ipsi contingerunt, ut eũ accepisse vulnus in Parnasso, et simulasse insaniã in coictione exercitus, ex quib non erat necessariũ, altero facto, alterũ factũ &c. Sed circa unã actionẽ qualẽ dicimus esse Odysseã, mansit similiter et Iliadẽ. Oportet igit, ut in alijs imitatricib una imitatio unius sit, sic et fabulã quoniã actionis imitatio est, et unius esse, et huius totius, et partes constare sic, ut transposita aliqua aut ablata re, diversũ reddat, et moveat totũ. Qd n. cũ adest aut cum non adest nihil facit, qd appareat, id nec pars quidẽ est &c.

Ex qua Artis ratiocinatione satis liquet necessitas unitatis in fabula, et Homeri exemplo eiusdẽ unitatis Praxis. Multa quidẽ

de Ulysse narant (uera ne an ficta alij uiderint) nec tamen omnia in Odyssea congesta sunt. Nec Homero impar Virgilius in fabulæ unitate quæsiuit, cum de Ænea cecinerit plurima, præteriuit ad eundem spectantia, quæ Homerus cecinerat. Qualia sunt consilium de uedenda Helena datum hostibus Græcis oratoribus præbitum quorum nullibi meminit Maro; congressus cum Diomede, et pugna sæpe cum Græcis hostibus iterata, et alia id genus non pauca. In eo tamen admirandum eiusdem Maronis ingenium, qui ne fabulæ ex qua Æneis composita unitatem labefactaret per sola Episodia, et ueluti obiter narat multa quæ sui Æneæ gloriam augerent congressum cum Diomede habes in primo, uti conqueres in tempestate, quæ Iunonis precibus fuerat ab Eolo excitata ait

O Danaum fortissime gentis.

Tydide; me ne Iliacis ocumbere campis
Non potuisse, tuaq; animam hac effundere dextra.

Quinto aperit cædem qua Demoleum fortissimum obtruncaverat

Lenibus huic amnis consectam, auroq; trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse,
Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,
Donat habere viro decus et tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant
Multiplicem connixi humeris; indutus, et olim
Demoleus cursu Palantes troas agebat.

In secundo, et tertio narrat ore ipsius Æneæ quam plurima quæ illius fortitudine fidem cumulatissimam compararent. Ex qua narratione mota Dido in eius amores prolapsa est.

Quem sese ore ferens! quam forti pectore et armis!
Credo equidem nec vana fides; genus esse Deorum
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exausta canebat!

Ne igitur læderet unitatem fabulæ, quæ ex itinere

re in Italiam, et rebus gestis ad nuptias Lauiniae
comparandas, et cum iis imperium statuendum con:
stabat quasi obiter inseruit multa Virgilius,
quae ad Aeneam spectarent; quem imitabuntur ii om:
nes qui fauentibus Musis, et Apolline auspi:
cante opus poeticum aggredientur.

Quo fabulae unitas spectabilior fiat osten:
dam breuiter quibus modis aduersus eam delin:
quatur. Quamquam enim rectum sit regula sui,
et obliqui, ac proinde ex doctrina unitatis per:
spici possit eiusdem unitatis negligentia; sae:
pe numero tamen peccata contra artem, potius
artis ostendunt, et uitatur facile error ab eo, qui
errorem intelligit.

Tribus igitur modis contra praeceptum unitatis de:
linquitur. Primus est, si unica actio in subiectum
poematis capiatur ad quam tamen actionem plures
homines conspirauerint. Secundus est, si unius
hominis actiones pertractandae suscipiantur. Tertius
si multa de multis scribantur*. Perspicuum est eorum
deli:

delictum, qui multa de multis scribenda suscipiunt. Eo nomine ex Epicorum numero expungunt non pauci, Ludouicum Ariostum in Poemate, quod furentem inscripsit in cuius propositione ostendit se mulieres, equites, arma, et amores canenda suscipere, ut patet in primo limine eius operis. Narrat tamen Ianus Nicius, Orythreus alias Ioanes Victorius de Rubeis, mihi in extrema senectute, et capulo proximus, vix cognitus in vita Iacobi Mazzonij, hunc eundem Mazzonium epulantem aliquando cum Ferrariae Duce, ubi discumbebat etiam Torquatus Tassus orta, ut solet inter viros litterarios contentione de opere Ludouici euicisse aduersus Tassum qui contra disputaret, propositionem operis Ludouici unam esse, et id ut fateretur, ab eodem Tasso extorsisse. Nam ex acumine Iacobi Mazzonij an ex rei veritate processerit mihi non est integrum pronunciare. Hoc videtur citra dissidium propositionem Ludouici multa complecti, quae uni

unitatem elidant quidquid deinde sit de operis fine, qui fuit fęlix belli Africani exitus, quo nimirum ad abscindendum Carolum Gallorum Lybię Rex Agramartius conspirante cum eo tota non modo Mauritania, sed omnibus qui Christi legibus aduersarentur Principibus Galliam ipsam inuasit.

*** Fateor sane me non intelligere quomodo à se ipso non discrepauerit Ludouicus, cum furentem inscripserit suum Poema, quo titulo de furore Rolandi monstrauit se fore dicturum, et tamen minimam portionem non modo Rolandi furor, sed etiam opera; et res gestę occupauerint in Poemate. Plura de Rugerio scripsit cuius uirtute etiam totum opus absoluit, ut legenti fit obuium. Sed hęc de Ludouico sint satis. Qui si deliquit eius delictum fuit in eo, quod unam actionem cantandam susceperat, ad quam deinde plures, et cum eodem ordine conspirarunt

Inter eos, qui in errorem lapsi sunt à nobis secundo locum numeratum, numerat Artes scriptores

Thése:

Theseidem, aut Herculeas; quippe qui omnes Thesei, atque Herculis res gestas canendas arripuerunt. Talis fuit inter Græcos Panasis, qui ut liquet ex Athenæi libris decem, et quatuor uitam Herculis complexus est, de qua re post multos alios Græcos cecinit Carus de quo Ouidius cecinit elegia nouissima librorum de ponto:

Et qui Iunonem læsisset in Hercule Carus
Iunonis si iam non gener ille foret.

Thesei uitam cecinit Philosastrus inter græcos eiusdemque gloriam æmulatus est inter Latinos Pedo Albinouanus, cuius meminit Naso. Et Heroico carmine Thesei opera uniuersa, et res præclare gestas absoluit.

Neque hanc eandem censuram euasit Papinius Statius in Alcibiade ut eius inchoati tantum poematis proposito indicat; ait enim in limine:

Magnanimum Æaciden formidatamque tonanti
Progenies, et Patrio uetitam succedere Cœlo,
Diua refer.

quo

quo sane principio imitatus Homerũ, ut uertit Horatius in Poeticas unitatẽ non legit, Atq̃; subdit ostendunt minime illũ de sectanda uni: tate cogitare:

Quàquã acta uiri multũ in inclita cantu
Meonio: sed plura uacant: nos ire per omnem
(Sic amor est) heroa uelis, scyroq̃; latentem
Dulichia proferre tuba: nec in Hectore tracto
Sistare, sed tota iuuenẽ deducere Troia:

ubi duo aduerto: Alterũ est indicasse Papiniũ Homeri consiliũ, quod fuit cantandę Achilis indignationis, ex qua ortũ est Ilij supremũ exi: diũ, et totius exitus belli. Cum n. superstite He: ctore Troia capi non posset, eodẽ interempto seruari; Ubi Achiles iratus ob amici Patrocli cędẽ Hectorẽ obtruncauit, bellũ absoluere ui: sus est. Alterũ uero multa de Achille fictu: rũ fuisse Statiũ si poema prosequi licuisset, quandoquidẽ proposuit sibi in animo eẽ. Achi: lẽ Troiã deducere, ubi Quintus Calaber in Homeri

sup:

supplemento cecinit interemptum esse ab Apollo-
line. Alij à Paride, sed Apollinis auxilio, ut
Virgilius innuit.

Phœbe graues Troiæ semper miseratæ labores
Dardana qui Paridis direxti tela manusq.
* Corpus in Æacide. * * * * *

* quid dicturus esset minime nobis completum de
eo nihil ambigimus deliquisse contra Artis
Præceptiones Papinium in propositione Poematis
nec minus delicturum fuisse si iusta proposi-
tionem opus suum prosecutus per totam Achilis vi-
tam progressus esset, multaq. de eo finxisset.

Igitur contra leges poeticas ij facisse dicen-
di sunt, qui unum quidem opus canendum agressi
pluribus tamen illud adeo adscripserunt, ut cui
præcipuè sit tribuendum minime explicauerint.
Horum numerus peruane non modicus, imo me
quidem iudice pauci Artem in eo secuti sunt præ-
ter unum Virgilium, proinde si ea exceptio benatu
poetas scriptores moueret repetendum nobis esset
illud

illud Scaligeri in Poetica; Solus Poeta Maro. Fatzor huic regulæ tenaciter adhesisse Homerum in Odyssea, ubi uni Ulyssi totius partes poematis demanet. Sed quo pacto non ab ea recessit Iliade, ubi summus rex imperator Agamemnon bellatores fortissimi Diomedes, Ulysses, uterq; Aiax, et Menelaus? At fortasse eo nomine Mæonides propugnandus qd iram Achilis canendã susceperit, in eadq; ferpue summã operis totius reiecerit.

Sue unitatis rationem, docuit Torquatus Tassus in Allegoria, quam Poemati apposuit, providens se eius veluti anteocupationis indigere, et Gofredus, cui titulus poematis totius adscribitur pauca omnino agat in toto opere. Præcipuæ vero partes demandantur Reginaldo Atestino qui veluti Achiles in Iliade, et hostes prosternit, et Syluam sine qua Hierosolima expugnari non poterant, ab obsidente cacodæmonum cetu uindicat, et omnia pene absoluit quæ ad belli exitum pertinerant.

Pr=

Premanitꝫ est allegoria, ea consulatꝫ, nec ego in ea examinanda imorabor.

Ut uiolatores pfatę legis carpuntꝫ ex poetis qui ad nostras manus deuenerint Ualerius Flauus, et Papinius; Quorũ alter Argonauticom libros decem conscripsit, alter libris duodecim bellũ Thebanũ; Neuter vero unitatem herois sectatus est cum multos heroes, et de Populo neminẽ in Colchidẽ ad capiendum uellus aureũ Argo deuexerit, septem vero pclarissimi Gręcię reges, Thebas profecti fuerint.

Quod spectat ad actionis unitatẽ in poemate dramatico, uel Arti, uel aliis eius interpretibꝫ aduersatus est Ludouicus Castaluetrus, qui non semel docuit in quauis rite structa tragędia, et comędia, et quę idonea sit ad ferendã spectatoribꝫ uoluptatẽ non unã sed duas actiones exhiberi; quod prolixa oratione, et argumentatione nititꝫ confirmare.

Sed mihi libet ferre Artis locũ unde, et neces=

necessitas unitatis, et eius doctrina recte per=
cipi possit. Decet igitur inquit ille quemadmodum
una unius imitatio est in alijs imitatricibus ar=
tibus ita, et fabulam videlicet quae actionis imita=
tio sit unius. Hactenus philosophus; ita vero
huius ratiotinationis vim explicamus. Artes
imitatrices in operando naturae mores secuntur,
naturae mores sunt, ut ad unum finem operetur. Igitur
debent imitatrices artes ad unum finem operari.
Sed Poesis est ars imitatrix, igitur debet Poesis
ad unum finem operari; sed poesim ad unum
finem operari idem est ac imitari poeticè unam
tantum actionem. Ergo à primo ad ultimum unam
dumtaxat actionem debet poesis poetice imitari.

Verum si haec summi peripatetici doctrina
in recessu potius quam in fronte spectetur, sen=
sum gignit interspectum multorum sensui satem abso=
num. Operari naturam ad unum finem verum est
ex Divi Thomae sententia quoties finium plura=
litas operationem naturae impediret; adeoque si

naturae

natura in operando finem non precipuum sed accesorium, ut uocant inspicere, qui accesorius precipuum minime impediret, nulla ratio uetat plures fines nature operatione constitui * * facit ad hoc exemplum Aristis, h. e. libro quarto de historia animalium, ubi docet proboscidem Elephantis seruire adornatui, et loco armorum ad pugnandum, et ad pastum etiam accomodari; insuper animantes insectas uti lingua in ministram nutritionis, et ut se a suis contrarijs tueantur. Preterea lingua data est homini ad distinguendos sapores, et ad loquendum; respiratio etiam data est eidem homini ad leniendum intimum ardorem corporis, ne cor ab imodico calore suffocatum intereat, eamdemque ad usum humane locutionis, que amota respiratione non fieret; cum hoc tamen discrimine id factum est, quia lingua ad distinguendos sapores presertim tradita fuit ac tantum ut aiunt ad bene esse ad loquendum; quapropter necessaria hominis dici debet

debet eo nomine qd sapores distinguit qua dis:
tinctione sublata minime uita conseruaret;
Utilis ad loquendū, quia sine locutione uiue:
ret quidē, sed male, et infeliciter uiueret.

Hoc pacto explicata doctrina Artis ita
argumentor. Artes imitatrices in agendo sequunt
morem naturę. Mos naturę est ut quandoq;
operetur in ordine, ad duos fines quorum alter
sit precipuus, alter uero ut aiunt Accesorius.
Igitur artes imitatrices debent quandoq; agere
in ordine ad finē precipuū alterū, alterū uero
Accesoriū. At Poesis est ars imitatrix; Igitur de:
bet Poesis interdū operari ordinate ad du:
plicē finē, uidelicet precipuū, et accessorium
Sed Poesis interdū agere in ordine ad duos
fines precipuū, et accesoriū idē est ac poesim
imitari duas actiones precipuā alterā, alterā
accesoriam.

Totam hanc ratiocinationē desumpsi ex
Augustino Mascardo phrasi tantū imutata, ubi

is veluti apologetice propugnat drama comicū a se scriptū, q̄d tamen typis non est excussū et fortasse cū multis alijs eius auctoris scriptionib; interiuit. Feci vero libenter, quia sic possunt defendi multa poemata, et eorū unitas propugnari quę alioquin ex defectu unitatis censurā saltem, non evitarent, præsipuè Zoilor; quorumdā quib; nihil antiquius quam ut alior; scriptiones erodant, laudib; invideant gloriā depeculent; rati sibi suor; census accedere quidquid alijs detrahit; suasq; opes ex aliena paupertate tantū emergere.

Quia vero hęc doctrina non modicam habet utilitatem, placet eamdē auctoritate fulcire, ne sicuti in se firma est ita alior; opinione vacillet.

Duplicē actionē cū ea qua diximus limitatione imitatus est Euripidez in Hercule furente quā tragędiā latius numeris scripsit Anneus Seneca ordine tantumodo inverso cęteris ijsdē servatis. In ea tragędia Hercules cū Theseo

lęti:

lætitia exuberans ab inferis redit. Sed nactus Licum qui Thebarum tyrannidem sibi quæsiverat, Megaræ Uxoris nuptiis inhiantem merito iratus illum obtruncat. Ecce habemus actionem integram, quam tragicus, et tristis exitus claudit, ubi vero in ultione sibi suarumque rerum felicitatem gratulatur, et secundos eventus odit Iunonis novercæ in furorem actus, et sui iam factus impos, filiorum inocentium cæde imoluit manus conjugem insuper tantopere dilectam temere obtruncat. Ecce alteram actionem

****Terentius in Andria inducit tamquam actionem præcipuam amorem Pamphili in Glicerium, vel Pasibulam, quam sororem Chrisidis arbitratur; hæc vero actio iuxta Artis leges habet principium, medium, et finem; Altera accessoria sunt amores Charini, et Pilomenæ qui se mutuo diligunt. Ecce duas actiones in Terentio, eo quo diximus ordine filoque contextas.

Idem observare licet in opere Guarini cui

titulus

titulus: il Pastor fido; In cuius laudibus tandem defatigati sunt exteri non minus quam Itali, qui litteras amant, et rebus litterarijs oblectantur. In eo praecipua actio est mirabilis fides in quam cadit Oraculum instructum, sacrificium involutum, et deinde solvitur fabula. Altera actio accessoria sunt Silvij casus et eventa qui nihil aut sane parum ad Mirtili res pertinent, et nominatus obiter tantum possit hoc nomine intra Proscenium contineri. Non repugnat igitur Aristotelis doctrinae actionis multiplicitas, quoties altera alteri subordinatur; quod ideo monitum volui ne aliorum operibus adversetur legentium fides, et statim atque legibus poema aliquod condemnetur, ut malum, et poeseos legibus absonum.

Caput Decimum septimum

De partibus tragediae quantitativis.

Quae ad qualitatem tragediae pertinent hactenus disputavimus, reliquum est, ut summa cum brevitate partes quantitativas percuramus, ut

huic

huic tandem parti modo statuam

Quatuor partes enumerat Artés nimirum prologum, episodium, exodum, et choricum. Dividit uero choricum in duas partes uidelicet in parodum, et statismum.

Prologus inde dicitur quod sit sermo ante rem de qua dicendum est. Proinde, quod in dramate Prologus in oratione est exordium siue Proemium. Prolegomena appellantur eę quęstiones quę fiunt ante opus aliquod, ut in Rethorica an sit utilis an necessaria; quandonam incepe rit; an indigeat disciplina circa quod obiectum, materiamue versetur; an inter artes sit numeranda, et cętera id genus.

Prologus, inquit Artés est pars integra tragędię ante chori parodum.

Episodium est pars integra tragędię interiecta inter integros choricos cantus. Auertite uero Episodium, idem esse ac egressionem Italicè uero dicitur etiam <u>digresione</u>. Huic est

locus

locus in omni poemate, fructus vero duplex. Alter est narratio rei cuiuspiā, quæ delectationē afferat audienti sive legenti; Alter vero ordo, qui alias esset interrumpendus. Pulcherrimū habemus episodium in Papinij quinta Thebaide, ubi Hypsiphile, q. Græcorū ductoribꝫ undas apparuerat, quibꝫ exercitus sitim extingueret, narrat lemniarū mulierū furorē in quē actæ singulæ coniuges, parentes ac filios trucidarunt. Plura legimus in Lucano qualia sunt Erictonis sagæ excantationes Antæi cū Hercule lucta, et Mors. Cæsaris cū Ægiptio Sacerdote colloquiū de Nili natura, et ingenio. Placet Episodium Silij, in quo pyrenes nimphæ fabulā texit, unde dicti Pirenei Montes, qui Gallos ab Hispanis disterminant.* In Virgilio multa etiā Episodia, ut de Sicilia ab Italia maris impetu dirumpta de Cyclope; et tandem secundus, et tertius liber Episodici dici possint. Neque solū episodia narratione conficiuntꝫ,

verū

uerum et reipsa constant proinde, liber Virgilij Quintus Statij sextus Episodici sunt, quippe quintus Virgilij narrat ludos ab Enea exhibitos ad Anchises genitoris sepulcrum. Statij sextus ab Adrastro habitos per exercitus principes in honorem Archembroti, qui Hipsiphile nutrice cum Grecis loquente fuerat Serpentis morsu necatus. Quidquid tandem tam apud poetas, quam oratores, et historicos est quod exitum rei non spectat, et tendat in finem Poemati, orationi siue historię constitutum Episodium dicitur; siue Parergon Grecis, latinis egressio.

Quod uero spectat ad definitionem Artis qui Episodium dramaticum tantummodo explicat surgit difficultas non contemnenda, quia inde uideretur euinci totam pene tragediam episodicam dici posse, imo esse dicendam, quia cum cantus chorici sint alicubi quatuor alibi uero quinque, ut mox uidebimus si quidquid interijcitur inter choricos cantus episodium est sequitur

contra

Præter prologū, et exodū tres alios actus esse Episodicos, quod sane irrationabile, et non modo exemplo tragicorū, sed etiā legib; tragœdiæ minime consonū.

Sentio cū Benio qui rē ita solvit. Crediderim, inquit, inde tres illos actus Episodij nomine designari ab Arte, quia in eos tantū Episodia inserant; ac propterea ab Episodio nomen invenerit pars illa universa. Cū enim primus actus fabulæ introducendæ serviat ultimus solvendæ destinet; sane ad fabulā amplificandā, et ornandā qd̄ est Episodij propriū in tribus illis actibus tantummodo relinquitur locus imo vero cū nexus ad fabulā verius pertineat quā ad Episodiū, fabula vero reliquū fere trib; medijs actib; ; quis dicat tres illos actus totos ab Episodijs occupari? Quamobrē haud dubie in tres illos actus inserenda sunt Episodia adeoq; tres illi actus non tam toti censendi sunt Episodici quā toti apti

Epi:

Episodijs recipiendis. Qd. tragicorum exempla confirmant, et docet Artes particula nonage-sima; ubi scribit Episodia in tragedia debe-re esse concisa; qd. falsum omnino esset, si tres illos actus unicum Episodium obtineret. Et sane cum tragedia unius diei, seu duo-decim circiter horarum contineat actionem, quę etiam re uera quaternis actibus est peragenda fieri non potest, ut fabula ipsa, et actio tribus medijs actibus excludatur, quid? Nonne ab Arte fabulam in nexum, et solutionem distribuitur? et nexus rursus non ne ad exodum usque nimi-rum, ad postremum actum deducitur? sic sane. Quid igitur fieri potest ut Episodium tres illos ocupet actus? Quamuis enim possit imo debeat Episodium seruire nexui, aliquas tamen actionis partes eidem nexui exploratissimum est. Unde fit, ut medij illi actus fabulę debeantur. Ita igitur intel-ligatur Artis doctrina, ut Episodium sit pars in-teriecta inter integros choricos cantus, nimirum

inter

inter illos habeat locũ, et comode recipiat cũ in prologo, et exodo locũ minime habere possit.

Exodus est pars integra tragędię post quã non est chori cantus. Exodus ut nomen ipsum indicat, est fabulę exitus succedit uero in fabula quando eius nexus solutus est. Quãuis tota ea pars, quę ultimũ choricũ cantũ ad finẽ usq; consequit exodi locũ obtineat quãobrem definit ab Arte pars integra tragędię postquã non est chori cantus. Non utiq; semper chorus ante exodum dissedit, quin ad finẽ usq; interdum persistit ita tamen persistit, ut a cantu abstineat; uixq; aliquis e choro interdũ chori nomine sermonẽ miscet cum histrionib; ita ut chori cantus expeleat ante exodũ, nisi forte qui adhuc residet chorus in comô seu lamentatione extrema, qua clauditur exodus, et tragędia tota canerot flebile carmen cũ histrionib, quẽãdmodũ accidit in Euripidis Andromache. Senecę uero Herculem

Oetaũ

Octavũ claudit chorus non quidẽ continens la=mentationẽ, sed Apotheosiñ Herculis; Ut patet.

* * * * Superest aliquid attingamus de choro ne pars tragędię adeo conspicua silentio pte=reatr. Innumera de eo dici possunt si res penitus esset exploranda, et quantũ necessitas exigit explicanda. Essent. n. quęrenda chori ortus, propagatio, uarietas, moderatio, ingressus, uariatio, uaria etiã status forma egressus locus; tum cantus, ratio forma, atq. usus deniq; uniuersus preservtĩ uero quia modo canit modo histrionũ more miscet sermones. Discedit aliquando, et redit histriones imitatus proinde uariè appellatr quapropter non solus Parodus, et statismus dicitr sed etiam Epiparodus idest iteratus ingresus. Mestosis idest medius ingressus; Aphodus idest ultimus egressus uocatus est. Modo graditr, modo saltat; modo cũ saltatione, quę non est unius generis, cantus eosq; uarios miscet.

Quad=

Quamobrem harum omnium rerum ratio esset aperienda. At de choro pauca omnino disseruit Artes fortasse quia, cum multa tragici curiositati tribuerent, et voluptati minime fieri poterat, ut constans omnium ratio afferetur. Quequam tragice fabule munere, fine, decoro ueresimili, et natura universa consentirent. Fusè deinde de choro egerunt interpretes Artis aliqui per multi qui vel in poetas commentarios ediderunt, vel res poeticas pertractavunt. Ego nonnulla afferam ex Horatio qui in arte chori officium breuiter explicauit, aut saltem ita indicauit, ut eo quid ad chorum pertineat satis appareat.

Actoris partes chorus, officiumque virile
Deffendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, et hereat apte.
Ille bonis faueatque, et concilietur amicis,
Et regat iratos, et amet peccare timentes
Ille dapes laudet, mensae breuis ille salubrem.

bus-

Justitiā legesq; et apertis otia portis.
Ille tegat, quomista Deosq; piet et oret,
Et redeat miseris habeat fortuna superbis.
Ecce igit chori in primis officiū erat, ut quæ actores in scena dicerent, aut repræsentarent, chorus cantu, uel saltu explicaret; Atq; adeo cū singulis actib; absolutis chorus scenā ingrederet is quæ ad illū actū pertinerent, uel cantu uel saltu exhibeant.

Hanc lege porro contemnunt actores nostri temporis, qui raro in choris dicunt qd ad fabulam spectat, si inter choros recensenda sunt ea quæ ipsi uocant intermedia nomine fortasse ueterib dramaticis ignorato. Imo ut obseruasse mihi uideor, chori usus quasi penitus exoleuit, ut eius uicē de qb dixi intermedia usurparunt.

Hic non omittā chorū tragicū a comico non leuiter discrepasse saltē in usu quandoquidē in Comœdia saltem uetere, chori usus

in

in eo positus videbatur, ut in hominum mores proba conijceret, praesertim principum et superstitum; quare cum esset loco tali ad alienam famam aspere sautiandam non omnes Comici illud impetrabant. Patet id ex Horatio in arte

Successit vetus his in comedia non sine multa,
Laude, sed in vitium libertas excidit, et vim
Dignam lege regi; lex est accepta chorusque,
Turpiter obticuit sublato iure nocendi.

Ex quo loco patet praecipuam in comediae sedem fuisse conviti'js in choro, quamobrem ad amputandam licentiam, et coercendas offensiones opus fuit, obmutesceret chorus, paucisque eius usus concederetur. Nostro quoque, quo in intermedijs comicorum usus obtinuit, ut scommate non leviter pugnantur principum mores aeque ac vulgarium humilitas, et meminimus non pauci proscissi sunt probris in spectatore non pauci proscissi sunt probris in obtrectationes auribus, et alienam contumeliam sitientibus.* Non semel vero accidit eiusmodi comicis quod* Eupolidi contigisse dicitur; apud Athenienses qui offenso

*

offenso scenilis conuitijs Alcibiade in Mare eius iussu preceps actus est quo nimirum à blanda syrenum cantinella disceret artes, moliendę sermonis amaritudinis, siue ut aqua in Eupolidis faucibus contumelias suffocaret. Sed hactenus de choro, et ceteris tragędię partibus quas quantitatiuas appellant. Nunc breuiter superest ut de partibus qualitatis aliqua perlibemus.

Caput Decimum octauum

De qualitate tragędię

Statueram primę partis huius tractatus modum imponere, quo ad Poema Epicum gradus fieret. quia uero nonnulla sunt quę perperam praeteriri uideantur aliquandiu in eorum explicatione imorabor.

Principio uero Artes audiendus qui cum proposuerit sibi de qualitate tragędię agendum sic ait. Quoniam igitur constitutionem pulcherrimę tragędię oportet esse non simplicem sed nexam eamque perterribilium, et miserabilium imitatione (hoc enim proprium huiusmodi est imitationis) Primum quidem manifestum

tũ est neq; equos viros mutatos apavere oportere ex prospera fortuna in aduersã; id n. non est terribile neq; miserabile, sed sceleratum, neque improbos ex infortunio in prosperam fortunã; id enim maxime omninò à tragedia alienũ est quia nihil habet eoz, quę oportet, neq; terribile est; neq; rursus valde malum ex prospera fortuna in aduersã cadere: quod enim gratũ est hominibz id quidẽ habet talis constitutio sed neq; misericordiã habet talis constitutio; sed neq; misericordiã habet, neq; timorem; illa n. est circa eũ, qui indigne adversa fortuna mutatz. Hic vero circa similẽ quare neq; miserabile, neq; terribile apavet; quod contigit. Hactenus Arẽs cuius oratio, ut pote aliquando involuta explicationem aliquã poscit.

Primo igitz docet fabulã debere esse non simplicẽ, sed implexã. Simplicẽ vocat in qua nec peripetia, nec agnitio intercedit; implexa quę

que ex alterutra vel utraq. componitr. Est vero peripetia, ut id obiter dicam ex eodem Arte, eorum qui agunt in contrarium mutatio, atq. hoc secundum verissimile aut necessarium. Affert exemplum philosophus ex Edipode Sophoclis, ut opinor; nimirum cum venisset nuntius tamquam letitiam allaturus Edipodi, eumq. metu liberaturus adversus matrem, ut apperuit quisnam esset contrarium facit. et in Linceo cum ipse quidem duceretr, ut moriturus; Danus vero persequeretr ut interfecturus, hunc quidem contigit ex rebus gestis mori illum vero servari. Agnitio vero est ex ignoratione in cognitionem mutatio, aut ad amicitiam, aut inimicitiam eorum qui ad prosperam fortunam vel adversam definiti sunt, ac pulcherima agnitio est cum simul peripetie fiunt ut se habet in Edipode.

Ut igitr tragedia sit implexa ac proinde pulchritudinem habeat, atq. admirabilitatem debet habere peripetiam, vel agnitionem, et si res patiatr

etiam

etiā utramq;. Deinde debet esse tragędia ter-
ribiliū, ac miserabiliū imitatio. Siquidē tragicę
imitationis est propriū terrorē et misericordiā
incutere. Quib. positis perspicuū est inquit,
neq; homines probos et moderatos, qui ex pros-
pera in aduersā migrent fortunā; Neq; im-
probos, qui ex aduersa migrent in prosperā
esse idoneos, et accomodatos tragicę fabulę.
Non quidē primos siquidē comutatio illa for-
tunę ex prospera in aduersā nec terribile
gigneret, nec miserabile, et uero scelerata
esset. Non secundos quia felix fortunę comu-
tatio maxime omniū a tragędia esset aliena.
Nā tū quia nullā plane uoluptatem affer-
ret auditorib., tum quia nequaquā gigneret
miserabile aut terribile. Quod si quis etiam im-
probos, et prosperam deturbauerit in aduersam,
neq; huiusmodi homines improbi qui in aduersam
cecidērint fortunā erunt idonei. Siquidem hic
casus hominib., et spectatorib. afferet ille quidem
iucun-

iucunditatem, cum id natura comparatum esse videatur ut ea rerum constitutio in qua improbus a prosperitate cadit in aduersam fortunam, periucunda accidat mortalibus. Verum plane nullam misericordiæ, ac timoris partem habebit: Quandoquidem misericordia oritur ex adeuersa illius fortuna, qui immerito plectitur; quod in præsentia non contingit. Timor vero gignitur cum nostrum similes, seu pares in calamitatem incidere animaduertimus.

Id tamen totum difficultate non vacat, cum plane falsum videatur viros probos, et moderatos, si à prospera fortuna ceciderint in aduersam, nec terribilem gignere nec miserabilem. Gignitur quidem terror quia cum videmus homines magnæ probitatis ex fœlicibus migrant in miseros et calamitosos, quia nos arbitrantes mediocris probitatis prudenter metuimus, ne et ipsi in easdem ærumnas deturbemur. Mortem ex: g: unusquisque timet cum frequenter mors aliorum occurrat, et malis nos obnoxios esse intelligimus atque eadem

for:

formidamus quoties in illorum perpessione quempiam languere conspicimus.

De misericordia vero id videtur longe certius et magis indubitatum. Quis n. non misereatur eius hominis, quem citra meritum, et delictum inspiciat calamitatibus conflictari? Non miseremur quidem scelestorum mortalium, quos sua ipsorum vitia in erumnas abiecerint. Imo plerumque laetamur misere agi cum eo qui suae improbitatis ergo sit miser.*

*** Id aprime sensit rerum estimator haud quamquam imperitus Virgilius penes quem Sinon malus alioquin homo, et fraudum omnium acerrimus architectus, sive tamen integerrimos mores affingit seque fortunae iniquitate, et Ulysses nequitia calamitosum ostendens petit a Priamo ut sui misereatur.

Miserere animi non digna ferentis.

Sentiebat n. eum plane dignum esse misericordia qui indigne atque immerito plecteretur; Adeoque misericordiam non in Priamo solum verum in caeteris omnibus

excitauit.

His lacrymis uitam damus et miseresimus ultro

et sane tam quo ad errorem quam quo ad misericordiam uidetur secum ipso pugnare Artes, et doctrinam alibi traditam hic peritus intercidere Quandoquidem in secundo Rhetoricorum cum ex industria de timore, ac misericordia disputaret statuebat timorem ex ijs gigni quę sunt horribilia, et uim perdendi habens, quę sane maxime omnium in tragicas calamitates cadunt. Atque ibidem fatetur ea etiam quę alijs contingunt mala, et digna sunt misericordia à cęteris ut horribilia pertimescit. Sic Æneas cum Polidori calamitatem cognouisset horore et timore perculsus est. – Tum uero ancipiti mentem formidine pressum

Obstupui steteruntque comę et uox faucibus hęsit.

Rursus uero cum Eurialus occidisset, et a Matre deploraretur, ait Poeta:

Hoc fletu concussi animi mœstusque per omnes

Ir

At gemitus torpent infractæ ad ꝯilia vires.

De misericordia planius constat apud eũdẽ Artẽm à quo ea definit̃ Ægritudo suscepta ex opinione mali, qđ sive interitũ sive dolorẽ afferat ei, qui fortuna illa sit indignus. Quid clarius contra eumdẽ Artem, hic secus docentẽ afferi potest?

Hæc quæ adversus doctrinã allatã attulimus non tantũ nobis, verũ et peritissimis interpretib. maxime difficilia visa sunt, eosq. non leviter detorserunt.* Madius* apud Beniũ conatq hunc nodum solvere scribens probos viros, ubi in miseriã inciderint, non miserabile nec terrificum sed scelestum quid ꝓsefere non quoq. ~~quoq~~ inde non existat etiã misericordia, et timor; sed quoniã scelus maxime aparet, et ideo factũ illud à ꝯstantiori parte denominari. Quã sententiã deinde copiose prosequit̃ Alexander qui concludit odiũ, et execrationẽ talis, ac tanti flagitij veluti debere timorẽ omnẽ, et mise=

misericordiã quã alioquin ea calamitas excitaret. Quẽadmodũ n. in sumõ dolore, et repentino atrocissime rei aspectu dolor prorsus impedit lacrymas, quę tamen alioquin manerent (id qđ Amasis Regis, uel ille fuerit Psamenitus, factũ declarauit, qui filiũ, dũ trucidaret, siccis oculis spectauerat, amici paupertatem defleuit) Ita rei scelestissimę species, omnẽ timoris ac misericordię motũ potest comprimere.

Id tamen Artem à repugnantię notam minime liberat cũ enim calamitas de qua sermo in poẽtica, potius quid scelestũ spirabit, quã ea de qua in rethoricis sermo est, cum utraq; uiros eosdẽ probos conflictat. Quãobrem etiam si concesserimus iure hic obseruari sceleris execrationẽ potius quã timorẽ et misericordiã gigni; pugnabit secũ adhuc Artes, qui non eadẽ sed contrariã sententiã in rethoricis exposuerit. Quare uel cum

Matur:

maturnensi dicendus est Artes lapsus esse vel affirmandu̅ sub hoc loco latere aliquā obscuritatem quæ nostri aspectus acieṁ fallant accuratioremq; obtutum desideret. Illud non præteribo nec omnino apud veteres, nec apud recentiores tragicos Artis præceptionib; obtemperatum esse. Quandoquidē apud Euripidē, et deinde apud Senecam probissimus adolescens fuit Hippolitus, nulloq; sui merito calamitatem ultimā passus est, cū eius incestus accusaretq, quem ipse exorruerat, et tamen in Scenā productus lacrymas, et easdē uberes, à spectatorib; impetravit, quod si dicas misericordiā potius ad Theseū superstitē pertinere, adhuc viget difficultas cū Theseū virū probum libertatis patriæ vindicē, et monstrorum cū Hercule domitorē Græci æque ac latini existimaverint. Crispum Patris Stephonij tragœdiā nonnulli satis homines laudant, nec laudare se posse arbitrantur. Nihilominus fuit

probis:

probissimus adolescens eius operis subiectum, sicut et titulus, cuius adolescentis pudicitiã frustra lacessiuit impudica Nouerca, et impatiens repulsę sui sceleris Phędra crimen suũ in Prinigniũ reiecit. Quid Constantinus Pater, in quem misericordia spectatorum delineare debuerit? Porro is, et antequam Christianã religionẽ amplexus fuerit probus est habitus multoq; magis postquã exuta superstitione ueri Dei notitiam adeptus imperio non minus sui quam populorum prefuit. Cęliq; regnum sibi per morum integritatem quęsiuit. Hermenegildũ Hispanię principẽ non unus recentiorẽ produxit in scenam. Hunc in odium orthodoxę religionis Arianus Pater Letho damnauit adolescentis necem uniuersi miserabantur nemo lacrymas continebat, nec tamen eius probitatem ulla uel criminũ labe aspersit. In Patrem execratio omnium erumpebat qui non ex errore

sed

sed ex pravitate insontem filium nullius que
sceleris suspectum damnaverit eo tantum nomi=
ne quod impietatem refugerit.* Igitur* vel
doctrina Artis minime veritati consentanea
vel obsequentes poetas non habuit. Quamob=
rem neque poetarum exemplum cohæret cum
ijs quæ loco conclusionis subdit philosophus
in hunc modum; reliquus igitur est inter hos
intarjectus est autem talis qui neque virtute
præstat et iustitia. Neque propter vitium, et pra=
vitatem mutatur in adversam fortunam, sed pro=
pter errorem aliquem eorum qui sunt in
magna existimatione, et fortunæ prosperitate
cuiusmodi Oedipus, et Thiestes, et qui ex talibus
familijs illustres viri sunt &c. Ex quibus Artis
verbis id tantum evincitur, eum spectasse eas
fabulas quæ a græcis editæ fuerant, et ab eis=
dem regulas scribendæ tragediæ desumpsisse.

Et sane plerique veterum tragedorum eos
homines in scenam produxere quos non probitas

mor

mox, sed casus et fortuna in deterius mutata miserabiles facerent, neq. citra suā culpam, et omnino insontes in eas calamitates incidissent, quarū gratia spectatores eos miserarent. Oedipus quidem patrem interemerat, et ex Materno concubitu prolem susceperat ignarus quidem, eo nomine non uapulandus, sed res erat adeo detestabilis ut uel in suos damnaret. Prętērquam quod uix homines animū inducere possint tanti facinoris auctores adeo ignoranter deliquisse, ut nulla affuglien notitia à culpa penitus uindicauerit; De Thieste res est apertior quan: doquidem Atrei fratris uxorem uitiauerat, cuius incestus gratia calamitatē ab eodem fratre tantam perpessus est ut filij sui car: nibz uesceret. Aiax flagellifer prima So: phoclis tragedia superbiendo peccauerat, cū et Ulyssem dispexisset, et Agamemnonis impe: riū detractasset; Quid Teseus? non ne merito suo flexus esse uideri potuit, cum Ariadnā

de

de se optime meritam in Naxo sola deseruit, Phædramque eius sororem altera per summum flagitium prodita in Patriam asportavit? Idem tarditium finge de ijs bene cunctis, qui scenæ dati miserabiles habiti sunt. Idcirco sensit philosophus eam esse hominum dignitate constantium conditionem, ut quamuis sontes habiti fuerint odiumque promeriti quoties tamen in ingentem calamitatem abijciuntur misericordiam a spectatoribus impetrent odiumque omne aboleatur. Id ego recentioribus exemplis confirmare possem, quæ pauca non suppetunt. Fui ipse testis, et quidem oculatus cuiusdam viri sontem lacrymas, vel in ipsis hostibus nactam esse, cum paulo ante nemo propemodum fuisset, qui illi mala nouissima non precaretur

An igitur peccauere in Artis canones Bernardinus Stephonius, Sforzia Pallauicinus, quorum alter Crispum, alter Hermenegildum tragœdias scenæ dederunt? Quidquid sit id habeo

habeo pro comperto, eas aliasq; id genus fabulas, Sophonij consertim populo placuisse unde id tandem euincitur seruere humi tatem nimium timidumq; procelle, et superstitionem esse ne latum quidem unguem ab aliorum conceptionibus non discederet.

Pergit Artes ad ostendendas fabulę tragicę qualitates, eę uero sunt, ut sit simplex, non duplex, quod sane intelligendum est iuxta ea quę superius dicta sunt, nimirum ut fabula uel sit semper simplex, uel si sit duplex altera alteri subordinetur; quemadmodum exemplo tragicorum, et comedorum (est eadem in utrisq; ratio) apertum facimus. Secunda ut mutatio fiat de prospera in aduersam fortunam non e contra. In quo ponit discrimen inter comicam, et tragicam fabulam alibi. Tertia ut hęc mutatio fiat non propter improbitatem, sed propter errorem magnum de qua conditione satis diximus

diximus hoc eodẽ capite.

Ratione mutationis fortunę ex prospe=
ra in adversã laudat Euripidẽ et cęteris tra=
gicis anteponit exemplũ fabulę duplicis
ponit Odysseam Homeri, quę licet Poema
Epicum sit attamen dempta teātri necessi
tate, et ablatis actoribꝫ, imo et actorũ distin=
ctione inter tragędias duplicis constitutionis
anumerari debet.

Ideo vero in Odyssea duplex est fabulę
constitutio, quia in eo poemate duo sunt
hominũ genera, alterũ est meliorũ quales
sunt Ulysses, et Telemachus filius; Alterum
deteriorum nimirũ Proci, qui pessimi ne=
bulones et Penelopis coniugiũ per summum
flagitium appetebant, et Ulyssis bona, ac sub=
stantias conuiuijs assiduis dilapidabant. At
Ulysses, et Telemachũ optimũ quoq; finem
consecuntꝫ, et ab ęrumnis transeunt ad pros=
peritatem secus proci qui sibi felices videbantꝫ

sin

in possesione bonorum quae ad Ulyssem spectato:
rem desinunt in calamitates, et miserrimum
exitium nanciscuntur, universi ab Ulysse, eiusque
filio trucidati.

Quo vero pacto poema epicum per:
tineat ad tragediam vel comoediam inferius
dicemus in examine Epopeiae. Obiter autem
docet Artes, quae sit voluptas quam trage
dia parturit diem ait: atque haec ea non
est, quae a tragedia proficiscitur, voluptas, sed
magis comoediae propria in ea enim fabula
si inimicissime sint, ut Orestes, et Egisthus
amici tandem facti exeunt, et nullus per
alterum moritur &c: An Odyssea igitur tragediae
specimen dederit cuius finis est laetus,
propterea quod scelestissimos nebulones
ulciscitur Ulysses, et Telemachus ijdemque
furentes populi poenam evadunt Pallade
propugnante? porro nemo procorum misere:
atur nemo Ulyssis cum is laetum obtineat exi

tum

exitū q tamen improbi sint, ut ad indi=gnationē, suis turpitar factis lectorē im=pulerint. Si ergo ad Poema Dramaticum Odyssea referatr, inter ea dramata nume=rabitr, quæ tragica quidem sunt sed in lætū jucundumqe exitū desinunt.

Dices; cur potius non dicatr Tragicomedia. R. videtr excludi ab Arte, qui ait in ea fabula si inimicissimi sint amicos tandem factos exire, et nullū per alterū mori. At in exitu Odysseæ moritr. tandem Procorū tur=ba proinde non eā inde lætitia percipi potest, quæ videatr esse comediæ soboles. Prætarquamquod Comædia deteriores imitatr Ulysses vero Rex est quamobrem numquā deterioribz annumerandus.

Clare ad tragædiā refertr Ilias ejusdē Homeri, cum ejus exitus sit obitus Hecto=ris; Priami Hecubeqe parentū Andromaches conjugis lacrymæ et omnium Trojanorum

con=

consternatio. Poema Virgilij an ad tragediam, et ipsum sit referendum posset in dubium revocari cum id tandem desinat in Æneæ victoriam, quæ ut fons Romanæ magnitudinis, læta omnino videri debuerit. Sed dubitationem universam amputavit optimus Virgilij interpres Joanes Ludovicus de la Cerda in comentario qui propugnans Æneæ factum postrem Turnum vel supplicem obtruncantis hæc habet Epica omnis (quales est opus Virgilianum) ad tragediam refertur; imo ipsa Epica mera est tragedia auctore Arist. Inde est ut è duabus principibus personis (in Homero sunt Achiles atque Hector, in Virgilio Æneas et Turnus) altera debeat cadere necessario in acie ad explicandam perfectam tragicam. Ita vero in re hac se gessit Virgilius, ut satis nequeam mirari. Tragica omnis destinata ad affectus movendos, et excitanda pathi. Hinc est ut Turnum des=
cri=

descripserit in toto opere nobilissimum, for-
tissimum, generosissimum, pulcherrimum, magna
agredientem, et maiora molientem, ut cum pos-
tea in acie cadat permoueat qui legit horea-
atque ad atrocem tedem, et indignam tanto prin-
cipe fortunam, nam nisi qui cadit abundet
bonis animi, aut corporis nullum excitabit
pathos, sed considerandum diligentissime, ut
ita affectus hic excitetur, ut qui cadit non
dignior iudicetur uictore ipso. Hoc n. iam esset
monstrum in tragica aut epica. Hinc est ut
Æneam Virgilius intulerit in toto opere, nobi-
lissimum, generosissimum, pulcherrimum, ut Tur-
num, sed insuper dederit Æneæ pietatem, re-
ligionem, prudentiam, temperantiam, iustitiam
fidem, et uirtutes reliquas quæ sparse in
tota Æneide; Ut ita interfectus Turnus ani-
mos commoueat, ut non tamen dignior iudi-
cetur interfectore Ænea. Aliter non esset fa-
bula bene morata, quod ratio prescribit, et ins-

instruit Artis. Nam si iustus et pius caderet contra more esset hinc est, ut quivis lecto Virgilio clamet: Dignus erat Turnus vita, sed Eneas dignior: doleo pulcherrimum iuvenem Turnum interfectum sed luat tamen penas temeritatis sue, rivalitatis intercepti regni fracti federis. Suma est in extremo actu mouendum affectum alterius Principis persone cede aliter non esset tragica, sed ita mouendum, et non putes interfectum digniorem esse vita interfectorem. Aduoco ad exemplum duos viros, qui errarunt, ut inde tacas prudentiam Maronis. In uno peccauit Homerus in altero Ludovicus Ariostus vir aliorquin admirabilis. Homerus ergo cum assumpserit Achillem atque Hectorem etiamnum post tot secula lector dubitat, uter dignior vita fuerit, et si me consulis, dignior certe Hector; nam Achilles, sepe etiam impius inducitur et etiam supra modum mollis cum lacrymis

Præ

ptur decorū, aliquando uecors temerarius
furiosus, praeceps, factitans, digna indignaq;
fanda, et infanda. Cū contra Hector pius
sit, et religiosus numquā mollis, non lacry=
mabundus, temperatus, mitis, et prudens, ac
iustus: in fortitudine uero certe pares, ac
proinde dignior uita Hector iudicatur; et
Homeri fabula non est bene morata. Pergo
ad alterum. Debet Epica desinere in tra=
gicā, et cędē ad promouendū affectū, quē
nullum mouet Ariostum. Nā quale est, ut
ad extremā cędē seruauerit Ariostus Ro=
damontē, quē Rugerus interficit, hominē
temerariū, praecipitem, stupratorē Virginū,
impiū abominandū, ac nulla praeditū uirtu=
te tantū belluinis uirib. praestantem?
Hoc tantū abest ab excitando affectu, ut
potius qui sequunt gaudeant tantā pestē
abolitam. Vide ut ab utroq; scopulo Vir=
gilius cauerit, cū et dignior uita Eneas

interfector indicet propter egregias p̄stantesq; virtutes, et affectus excitet interfectus Turnus propter p̄claras corporis ac fortunę dotes. Hactenus Ludovicus cuius locū integrū transcribere placuit, quia totū existimaui valde conferre ad locū Artis intelligendum.

Porro Virgilius adeo existimauit epicū Poema cū tragico cohęrere ut non solum poema totum tragico exitu absoluerit, sed plures libros sigillatim eodē fine concluserit. Secundus in Creusę obitū desinit tertiū Anchises mors claudit, quartū Didonis, quintum Palinuri. In sexto deflect: futurū Marcelli immaturū fatū. Decimus exit in Mesentij Lausiq; filij necē. In Undecimo quamuis non in fine ultimo misericordiā excitat Camilla Volscorū Regina interempta, adeoq; pauci poematis Libri, ut videmus, sine

sine funere absolvunt.

Regulam vero Ludovici quam ille ab Aristotelis doctrina haurire se profitetur nec Graeci nec latini omnes observarunt non solum .n. in Iliade illam, sed in Odissea quoque Homerus neglexit, quippe proci interfecti scelestissimi ubique describuntur, et virtutum omnium inopes universis vitijs mancipati. Quis ergo eorum internetionem misereatur? Papinij Thebais in cede desinit Etheoclis ac Polinycis, quae atrocissima, et fortasse ad eliciendum misericordiae affectum nihil idonea. Quis enim non exhorrescat conspecta duorum fratrum nece, qui se ipsos ob regni cupiditatem mutuis vulneribus interemerint? De Lucano fortasse non curaverit Cerda, quem cum Quintiliano non Poetis annumeret, sed oratoribus, sciatque non in omnium confessione Poetae illi debitum nomen. Huius Pharsalia Cisinio in

peri=

periculū Iulij Cęsaris in Ęgypto ubi uidelicet Ptolomei satellitas de eo interficiendo deliberarunt, cui discrimini fuga se Cęsar et natatione angusti maris subtraxit. Multo minus tribuerit Serdo Silio Italico, si Scaligerū audierit à quo minimi habitus Silius. Huius etiā Poema, de bello punico, secundo absoluit triumphus Publij Scipionis, in quo triumpho nullus misericordię traditus locus nisi fortasse is non Liuiū sed Polybiū, secutus ex Syphace Numidarū rege in triūphū deuecto, Romanorū misericordiā elicuerit. Ait paucis ante Scipionis triumphū diebus mitti fato functū esse Syphacem Liuius: Polybius uero ab eodē Liuio laudatus auctor est in triumphū deductū, quē secutus Silius ait.

Ante Syphax phęrebo rescindens captiua ferrebat

Lumina

Lumina et auratæ servabant colla catenæ.
nec poterat non ad misericordiam flecti Ro-
manus populus tanti Regis calamitate con-
specta quamvis is perfidia sua Carthagi-
nensium opes auxisset Romanis infestus,
quos iniquè et contra fœdera vexatos ab
iisdem Carthaginensibus didicisset.

Quid vero dicamus de Hierosolyma
Torquati Tassi? Nescio an hanc legem
acceperit, cum adorationem sacri tumuli Poe-
mati finem statuerit. Neque enim est cur
delectos Ægyptiorum copias miseratione ulla
dignemur, cum has superbia, vecordiaque
Regis ad deffendendam Hierosolymam invi-
taverit. Equidem arbitror verum esse quod
ait Ludovicus videlicet in tragicum aliquod
~~[illegible]~~ factum opus esse, ut desinat tandem Po-
ema Epicum; quod vero debeat miseratio
qua ipse prescripsit lege tantari, valde
sum anceps cum neque id præceperit Artes,
nec

nec poetarum exempla ratum habuerint. Sed de his hactenus.

Docet insuper Artes, quo pacto fiat terribile, et Miserabile, quae tragediae ita debent esse proposita, ut ijs amotis minime uel ipsum nomen reliquum sit. At licet quidem, inquit, ipse terribile, et miserabile ex apparatu fieret licet uero etiam ex ipsa constitutione id quod prius est et Poetae melioris; Oportet enim etiam sine nexu fabulam sic constitutam esse, ut audiens res quae fiunt, et horreat, et misereatur ex ijs quae contigunt, in quas perturbationes cadet ille qui Oedipodis fabulam audiat. Efficere autem hoc per apparatum est magis artificij expers, et sumptus requirit. Atque qui non solum terribile, propter apparatum, sed monstruosum efficiunt, nihil commune habent cum tragedia. Non enim omnem à tragedia oportet uoluptatem

quaer

querere sed propriã: hęc Artes. Quo in loco sentiunt aliqui, et interstitij damnari, sive ut expers atificij minus comendari, quod diserte Horatius ab scęna proscribit, ni:mirum vulnerationes, et cędes quę trage:dię materia sunt. Audi Venusinũ in Arte

Non tamen intus
Digna geri promes in scęnã multaq; tolles,
Ex oculis, quę mox narret facundia pręsens.
Nec pueros corã populo Medea trucidet:
Aut humana palã coquat exta nefarius Atreus
Aut in avẽ Progne vertatr: Cadmus in anguẽ.
Quodcumq; ostendis mihi sic incredulus odi.

at alij, et meo quidẽ iuditio melius in eã sen:tentiã Artẽ trahunt, ut velit misericordiã, et metum ex visione quidẽ nimirũ ex ap:paratu loci, et actorũ vestibz gigni posse sed melius ab ipsa constitutione fabulę postulari. Rationẽ igitr excitandi miseri:cordiã, et metũ per apparatũ non damnat

philo:

philosophus, sed alteram anteponit videlicet eos affectus excitandi, et fabulæ totius constitutionem. Probat id quia oportet inquit, ut auditor etiam citra spectationem, ac sola auditione exhorrescat, et condoleat, ita ut ex iis quæ contingunt ac geruntur, ad metum, et misericordiam sit impellendus. Priorem igitur modum, non vituperat, posteriorem laudat. Neque hic excludit verum spectationem, cum fieri non possit, ut auditor, nisi oculis captus sit, non gestus spectat, et actionem dum audit verba. Imo vero ut drama, ex actione, et oratione conflatum est, ita ut multa gerantur tantum plurima tantum dicantur, multa sunt quæ solis percipiuntur oculis, quæ tamen ad constitutionem fabulæ pertinent, nec extrinsecus attingunt fabulam quemadmodum apparatus; denique tragœdia quippe dramatica et actuosa non solis

verbis

uerbis constat ut Epicum Poema, sed et uerbis et actione ita ut simul oculis atque auribus seruiat. Imo uero dum etiam legitur fabula animo conspicienda, et tamquam spectanda est actio ipsa (quod est commune Epico, cum Dramatico) ut altius imbibatur fabulae ueluti liquor ac succus. Itaque auditionem interim apponit spectationi rerum tantummodo, quae fabulam extrinsecus attingunt, cuiusmodi est apparatus, non rerum gerendarum, et actionis. Quo tempore quae spectantur ad actionem ipsam pertinent, ac fabulae constitutionem: quod de apparatu non accidit, qui spectatur, sed non constituit fabulam. Quod si auditionem uidetur Aristoteles secundam hanc rationem concludere, nec meminit spectationis, quae cum auditione coniuncta est, id accidere potuit, uel quia spectatio minorem obtineat partem, uel quia ut est cum auditione copulata per se satis et auditione per-

cipi

percipi possit

Exemplo rem magis confirmat Aristes nimirum Œdippi Tyranni quæ fabula à Sophocle scripta credita est cæterarum omnium princeps, et in exemplum rei quæ magnitudinis metam attingit adduci solet, ea ita est constituta, ut facile ad metum, ac misericordiam provocet. Et id cum sola constat multo magis etiam facti auditione cum spectatione coniuncta; apparatu adhibito si à bonis histrionibus fabula peragatur. Quare operæ pretium esset, ut ea fabula diligenter evolveretur; ut pateret quanta ad metum, et misericordiam excitandam in hac tragædiæ constitutione vis esset. Verum nulla nos Sophocleæ tragædiæ necessitas habet, si Virgilium adeamus ubi Æneidos quarto Didonem inducit ubi prius ad misericordiam deinde ad metum nos provocat. Legatur poetarum latinorum Princeps

imo

imo lex ipsa Poeseos ab illo loco, qui ad eliciendam misericordiam est factus.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui &c:

Et spectabimus potuisse illud uere tragediæ regulas. Cum sola carminum auditione uehementer comotum Augustum referant. Quod uero spectat ad misericordiam testatur Diuus Augustinus, cum adhuc esset Ethnicus, et in Manicheorum heresi laboraret nunquam potuisse carmina quæ Didonis necem antecedunt perlegere quin lacrymari nec leuiter cogeretur. Ego ne locum satis prolixum transcribam ad ipsum auditores ablego, et in expositione eundem in medium proferam.

Quod spectat ad Artem. Cum rem ipsa Sophocli Edyppi exemplo dilucidasset, sine apparatu sola nimirum constitutione fabulæ oportere metum ac misericordiam elici

posse

posse infarebat. Efficere autem hoc per apparatum, est magis artificij expers et sumptus requirit. Qui locus talem habet sententiam, ut qui apparatus ope tales concitant motus non tragico artificio, quod in fabulę constitutione positum est, id efficere sed alieno nimirum Architecti, et eius qui instruit scenam, ac theatrum, aut aliorum artificio qui parent uestes et ornamenta.

Addit necessitatem sumptuum, qui porro nihil habent commune cum fabulę constitutione; cum totus sumptus pertineat ad uestes, et tragicam supellectilem et apparatum. Ita satis compertum est nihil hoc in loco respexisset Aristotelem, ad uulnerationes, et cędes quas aliqui prohiberi censent aut saltem, ut minus laudabiles improbari.

Caput

Caput Decimum nonum

De miserabili, et atroci

Quoniam ut toto in tragediæ tractatu vidimus eius poematis finis præcipuus sunt misericordia et metus: operæ pretium est, ut quam brevissime fieri possit, de miserabili, et terribili aliqua degustemus quibus præceptis quo pacto miseratio et metus sint excitandi facile apparebit. Hic tamen dicemus de miserabili, cum tamen huius naturam, non bene intelligi possit nisi etiam aliquid dicatur de atroci propterea utriusque tractationem coniungemus; obiter vero monemus hanc doctrinam non adeo esse poeticæ materiæ propriam, quin etiam spectet ad oratores, et historicos quorum magni interest horrorem aliquando, et frequenter miserationem ab auditoribus, et lectoribus extorquere.

Qualia atrocia, inquit Aristoteles, et qualia miserabilia appareant ex ijs assumamus

quæ

quę contingunt. Necesse autē est aut amicorū esse inter se tales actiones, aut inimicorū, aut neutrorū; quod si inimicus inimicū occiderit, nihil miserabile, neq; dū facit neq; dū facturus est, monstrat prterquā in illa ipsa perpessione. Neq; si neutro modo habent. Quando autem in amicitijs sunt perpessiones, ut si frater fratrē, aut filius Patrē, aut Matrē filium, aut filius matrē occiderit aut occisurus fuerit aut aliquid tale aliud faciat, hęc quęrere oportet &c. Ex quibꝫ Philosophi verbis recte percipitꝫ non considerari ab eo universim atrocia, et unde miseratio proficiscatꝫ non enim huc spectant Exustiones, pestilentię, eluvio: nes et id genus alia quę tamen atrocia sunt, ut plenissima calamitatis; sed ea tantū spectantꝫ quę in actione humana contigunt sive geruntꝫ inter homines quod est

quod est humanarum actionum imitatio ex quibus calamitosas arripuit, ac sibi imitandas proponit tragicus.

Tria igitur hominum proponit genera, nempe amicos, inimicos, neutros; neque enim quartum genus videtur concipi posse. Si inimici sint, iam timor, et misericordia ex ijs oriri possint in uno posita erunt malo, quod patiantur nimirum non est atrox quod inimicus inimico vitam eripiat, si homicidæ persona spectatur quandoquidem id præter opinionem non accidit cum iuxta conditionem humanam frequenter contingat. Cædes ipsa non habita ratione eius, qui occiderit poterit atrocitatem aliquam redolere. Idem dixerim si in neutris contingat, in ijs videlicet qui nec amici sint, nec inimici, quandoquidem id, et rarius contingat, et videatur ab humanitate alienus. Quam igitur humanitas passim gignit in nobis misericordiam ex aliorum afflictione, hanc unam parient inimicorum, et neu-

neutrorum calamitates. Contra vero si quis ea mala patiatur ab hominibus quibus cognatione affinitate, vel necessitudine alliqua alligatur, et horror, et misericordia gignitur eaque ma:
jor quo arctior fuerit necessitudo, qualis est inter fratres, aut inter parentes, ac liberos, ut virum et uxorem hinc enim ma: gnus horror, et ingens misericordia pro: ficiscetur. Quapropter huiusmodi casus, et calamitates querendae, et eligendae in tra: gica fabula. Artis doctrinam tragedorum exempla confirmant, nam apud Sophoclem in Electra Orestes, Matrem Clitemnestram obtruncat. In Edypode Coloneo, Edypos idem Laium Patrem interimit, apud Euripi: dem Medea trucidat filios, Thebani fratres mutua se cede consumunt unde Thebai: dem suam mutuatus est Papinius Statius, et in Epicum Poema eleganter sapienterque digessit. Senece tragedie in promptu sunt

qua:

quamvis tamen argumenta omnia à græcis sumpsit, et latinis numeris imutato interdum ordine, et elegantia sane aucta dessumpsit. Sed antequam discutiamus exempla Artes audiendus qui duplicem Atrocis, et Miserabilis modum inducit.

Ac receptas quidem fabulas, inquit: ille solvere non licet, dico autem ut Clitannestram occisam ab Oreste, et Euryphylem ab Almeone. Ipsum vero invenire, ac traditis recte uti oportet. Idque quod dicimus se recte habere apertius exponamus, licet enim sic actionem fieri, ut antiqui faciebant, ut eam perstarent scientes, et cognoscentes quemadmodum occidentem filios Medeam Euripides facit. Ac licet agere ita, ut ignorantes rem agant atrocem, postea vero amicitiam agnoscant ut Sophoclis Œdipus. Atque hoc quidem extra actionem, in ipsa vero tragedia ut Almeon, Astidamantis, vel Telegonus,

in

in invulnerato Ulysse. Preterea tertium est cum quis aliquid sequi propter ignorantiam facturus erat, et priusquam faceret agnovit. Et preter hec aliter non licet. Aut enim facere necesse est, aut non et scientes aut non scientes &c. Primo igitur docet Philosophus, non esse imitandas fabulas à majoribus traditas, ac decantatas. Ratio ea esse potest, quia ut ait in Troiana Dido Chrysostomus, difficile est docere, longe tamen difficilius est dedocere; presertim eos qui longo tempore mendacia audiverunt. neque ipsi soli in errorem inducti sunt, sed et Patres eorum et Avi, et omnes fere majores. Non enim facile est horum auferre opinionem etiam si quis manifeste convincat &c. Quoties igitur rei alicuius opinione induimus fieri vix potest, ut eam vel efficacioribus argumentis adductis exuamus; quamobrem increduli odimus quidquid nobis proponitur ab

ab ijs alienum, quae animo jamdiu insedere. Ne ergo veri speciem amittat fabula, quae in scenam producitur talis inducenda, qualem alij protulere, si ab antiquis emendicatur. Id tamen videri posset non sane incommodum allaturum, quandoquidem si eaedem fabulae eodem semper modo exhiberentur, porro fastidium frequens spectatorem multaret, cum saepius repetita ex assiduo usu dessipiant, et exquisitiores etiam epulae si perpetuo aponantur, satietatem inducant pretio amisso. At non prohibet Artes fabulas in dies alias atque alias invenire, id enim esset durum, et minime hominum ingenio ubique varietatem aucupanti oportunum. Tantum damnat imutationem fabularum quas alij induxere. Verum neque id cautum habuere scriptores tragici. Seneca enim laudatissimus tragicus non modicam graecorum tragaedijs mutationem induxit, haeret nunc memoriae Hyppolitus qui apud Eu=

Euripidem moritur coram Patre apud Senecam vero mortis alitæ nuntius ad Teseum Patrem defertur. Et porro si quis græcum cum Latino Drama componat inveniet non modicam jucunditatis, et elegantiæ accessionem à Seneca factam fuisse cum nobilior, et eliciendæ misericordiæ accomodatior sit Latinus, quam græcus Hyppolitus. Idem dic de Medea quæ Latine apud Senecam in edito turris vertice filios obtruncat, cum apud Euripidem per Nuntium ijdem filij trucidentur.

Et sane nemo prohibeat aliter atque aliter fabulam duci alioquin imitatio tolleretur quæ in eo sita est ut similia alijs faciamus, non eadem, quæ alij fecerint. Quare monet Horatius.

Publica materies privati juris erit si
Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem:
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum;

Unde

Unde pedẽ proferre uetat pudor, aut operis lex. Cuius loci hic est sensus, ne studeas uerbũ e uerbo exprimere, ut religiosus et fidus interpres. Nec ita sedulũ ac fidelẽ interp̄tem p̄bere debes, ut ne paululum quidẽ ab auctore tuo discedare audeas? Igitur non eos quos nobis propusnimus imitandos, aut quibus argumentũ scribendis petimus, sequemur ut interp̄tes sed potius, ut e fontibꝫ eorũ iuditio arbitrioq; nostro, quantũ quoquo modo uidebitꝫ hauriamus, cui sententię se quoq; conformauerat Cicero in Stoicis imitandis, alijsq; Philosophoꝝ sectis, atq; adeo in imitandis orationibꝫ Demosthenis, atq; Eschinis. Nec conuerti inquit Iulius, ut interpres sed ut orator sententijs ijsdẽ, et harũ formis, tãquã figuris uerbis ad nostrã consuetudinẽ aptis: in q̄bs non uerbũ pro uerbo neccesse habui reddere, sed genus omniũ uerborũ, uimq; seruaui. Non enim ea me annumerare lectori putaui

oportere sed tantum quod appendere &c. Poterit igitur aliquis Orestis ex: g: Ægistum, et Clytemnestram occidentis fabulam sic peragere, ut ab Oreste id fiat oraculo iubente, aut veneno potius quam gladio, nec ita statim, eumdem in insaniam præcipitam agere sed plura omnino fingere ijs quæ primus huius tragœdiæ auctor invexit. Idem dic de alijs fabulis.

Dicendum est igitur Artem vetuisse id tantum imutare in quo fabulæ vertitur cardo, non vero ea quæ fabulæ substantiam minime continent, sed illi accident. Itaque nec ab Orestis fabula recedamus retinebit eius substantiam cetera laudabiliter variabit novus poeta, si vel contentio inter Orestem, et Clytamnestram Ægistumque oriatur, vel id eum amica comunicet idem Orestes, aliaque adat quæ vetus tragicus præterivit. In hac re igitur novus et industrius requiritur Tragicus qui quæ mutare, ac novare

quæque

queque omnino retinere opus sit, pro suo inditio diligenter animaduertat quale indus: triam Astydamas in Alchmeone protulisse intelligit, dum Alcmeonem ipsum rem in fabula ges: tam non ut Sophocles rem gestam extra fabu: lam agnouisse finxit, unde tandem colligit; tunc licere aliquid quod proxime accedat, ad fabu: le substantiam inouare, cum ad potiorem formam redigit actio. Alioqui ea etiam, que assumunt extrinsecus, et cum actione coniungunt tamere nouarent; ubi nihil perfectionis accederet ad fabulam, nec augeret industria. Atque idem prouidendus est Epico cuius actionem suam ab historia mutuat; Aut ab alio Epico actionem desumit, ut ab Apollonio Argonauticam desum: psit Valerius Flacus; alijque ab alijs. Et Vir: gilius ipse poetarum princeps imo ipsa poe: seos lex plerasque eglogas cepit a Theocrito Georgicam ab Hesiodo; Torquatus Tassus qui Homero, et Virgilio annorum tantum gratia haberi potest

potest Hierosolimam suam aliunde petijt nempe a Poemate cui titulus Syriacos auctor mihi non subit. Id uolo monitum ex Praeceptis Artis tragicam fabulam si recta sit a rebus gestis capiendam esse uel saltem a fabula quapiam, quae eam auctoritatem a uetustate temporis habeat, ut historiae ueluti pondus accepērit; qualia sunt quae de Troia de Medea et caeteris huiusmodi circumferuntur. Idem in Epico poemate obseruandum; proinde non satis bene audijt apud litteratos uiros hoc nomine Hieronymus Graziulus inter poetas qui nostri aetatis locum minime postremum et mihi aprime carus qui Hetruscis numeris Poema contexuit cui titulus Laurena id uero totum est fabulosum, eoque filo contextum, ut Psichem suam descripserat Apuleius in altero Poemate, seu uitium sensisset, seu meliora sequeretur; historiam Caroli Magni Francorum Regis, et cantandam assumpsit, et maiorem sibi laudem aut saltem

man:

meritum laudis comparauit.

Caput Uigesimum

Quis sit modus constituendae tragediae optimus

Tres attulit Artes statuendae tragediae modos. Prior est cum is inducitur qui aliquid tragicum sciens facit, proinde eius penitentia minime mouet ad misericordiam cum penitentia plerumque ex agnitione nascatur. At miseratio aliunde petenda, ex: g: in Thiesta Seneca facit Atreum sponte, et ex industria filiorum Thiestis interfactorem, nec facti illum peniteat; at spectatorum lacrymas Thiestis calamitas, et imerita puerorum caedes protis poscerent. Alter modus est cum quis aliquid tragicum egit ex ignorantia certior uero factus rem ipsam damnat, et inde nobis miserabilis rem exhibetur. Huiusmodi sunt plereque tragediae apud Graecos aeque, et latinos. Hercules enim filios et uxorem truncat in amentiam prolapsus, et

et facti peritans cum sibi ipsi necem amoliatur spectatorum lacrymas impetrat. Theseus Hyppolitum devovet arbitratus verum esse quod sibi Phedra detulisset; cognita interempti filij inocentia miserationem vel duriorum hominum provocat. Tertius est, cum quis tragicum aliquod facturus quidem facit, et sciens attamen id ex causa aliqua permisit. Postremum hunc modum ceteris posthabet Artes. Horum autem inquit pessimum est cum quis facturus fuit, et non fecit sceleratum enim habet, et non tragicum, nam sine perpessione est quare nemo facit similiter, nisi raro ut in Antigono Creontem Emon. Nam facisse secundum est. Ac melius quidem est ignorantem facisse, cum autem fecerit agnovisset. Sceleratum enim non adest, et agnitio stuporem gignit. optimum vero est postremum dico autem ut in Cotresiphonte, Merope interfectura quidem filium erat; sed cum agnovisset non interfecit; et in Iphigenia soror fratrem, et

in

in Helle filius matrem dediturus agnouit.

In quo Artis loco aduertendum est dupliciter posse aliquem dici facturum esse, ita ut minime fecerit. Altero modo cum quis aliquid ignorabat, et erat ex insicia operaturus. Sic apud Plutarchum in Theseo erat Egeus Thesei pater suadente Medea filio uenenum propinaturus, quem esse filium ignorabat. Uiso gladio quem Trezenis ipsi condiderant uenenatum calicem abiecit cum filium uidelicet agnouisset. In hunc modum Iphigenia in Tauris erat Orestem imolatura agnitum uero fratrem seruauit. Hic modus non modo non est damnandus sed summam laudem meretur. Altera huius ratio est, quando quis facinus aliquod destinauerat deinde penitens nulla scientia superueniente absistit; et hanc caeteris cunctis posponit Artes, quia inquit sceleratum habet, et non tragicum nam sine perpessione est. Quod uero sit id sceleratum nemo non nouit, quia cum intelligeret malum esse

nihilominus illud agredi statuebat. Quod non sit tragicum inde comptum quia nulla perpessio accidit. Propterea defuit perturbatio quam sola perpessio gignit. Sed fortasse non male quis usurparet hunc modum si ex aliqua causa, quis abstineat a facinore perpetrando; quis enim damnet hominem qui ira vel alia perturbatione suadente velit filium ex: g: vel coniugem interimere, attamen perpenso iure naturę, et Patrio vel maritali studio succedente, consilium patrandę cędis retractat! Quod vero quis facturus erat quid mali, sed quo minus faceret fuit aliunde impeditus, id porro malum. Sic Ęmon apud Sophoclem in Antigone non volens ab interficiendo Creonte patre abstinuit, quia nimirum hoc stringente gladium, et appetente declinauit ictum, pater et mortem fugę beneficio euasit. Quod si quis uniuersim dictum Artis intelligat, ut nimirum deterrimus sit iste modus, cum nempe

quis

quis facturus et non ex insicia malud ali=
quid tamen non facerit dixeris id intelli=
gendud esse cud ex impotentia ortud est, ne
faceret, non ex penitentia cuius ergo ab=
stinuerit à facinore perpetrando, cæterum
non uideo cur occisurus Patrem ex: g: non
possit induci ad consiliud detractandud dam=
nato consilio, et filiali pietate, quad insa=
nia expulerat in animud redeunte.

Ut paucis absoluad; ea est Artis mens
ut optimus tragędię modus is sit cud quis igno=
rans mali, quid perpetrauerit, et tandem
agnitud factud damnet. Hinc n. miseratio
oritr; hinc lacrymę proficiscuntr, nec eius
uices possumus non dolere. Id enim inter
Phisica et Moralia discrimen perpetuum
Ut quis in Phisicis sponte delinquit is non
uituperationed sed laudud mercatr; contra
uero sit uituperatione dignus, qui in mora=
libus sciens delinquit cud ignorantia culpad

alle=

allegat. Porro imunis sceleris dicendus est Edipos quaduis et Patrē obtruncauerit, et ex materno concubitu sobolē procreauerit, quaduis id ipse nesciens oculos sibi sponte effoderit. Et inde etiā scelestissimus apud Papiniū, à Ioue in Deorū contione dicatur cum ait:

Scandere quin etiā thalamos hic impius hæres
Patris, et imeritæ gremiū incestare Parentis
Appetijt proprio monstro reuolutus in ortus.

sed id fortasse dictū ad explicandā eius rei atrocitatem quā nequidē ignorantia possit absoluere. Et de tragœdia hæc dicta sint, de qua qui plura uelit auctores consulat, quorū copia non modica et Præceptiones ubique paratæ.

Pars Secunda

Hactenus definitionem poeseos examinavimus, et unam ex praecipuis eius partibus nempe tragediam. Reliquum erat, ut iuxta promissionem initio factam ceteras etiam eiusdem poeseos species produceremus. Sed mutato consilio ijs seposuimus locum rati futuram fuisse nimis longam tractationem si in eas tandiu immoraremur. In hac igitur parte de varijs poematis sermo erit, et initia singulorum, quoad licuerit vestigabuntur, et tandem, quod pacti fuimus de Epopeia reliquorum Principe orationem habebimus.

Caput Primum

Quaenam Poematis species primo inventa fuerit

De Poesis exordijs diximus in tractatu superiore, modo transimus ad vestigandum quaenam Poeseos species ceteris antiquitate temporis

sit preferenda.

Primo quidem adverto artem ut potè naturae imitatricem ab imperfectionibus exordiri. De natura docet Artes initio Phisicorum, de arte docet ratio, et experientia. Itaque quod de Musica ait Apuleius primo floridorum libro trahendum ad omnes facultates. Hiagnis inquit Apuleius fuit, ut fando accepimus, Marsiae tibicinis Pater, et Magister rudibus adhuc Musicae seculis solus ante alios cantus canere. Nondum quidem tam indefessa anima sono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia quippe adhuc ars ista repertum novum commodum orietatur; nequidquam omnium est quod possit in primordio sui perfici. Sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum..... Idem omnino dicendum est, quam ut Musicae affinem eidem coquam fuisse verisimile est.

Adverto secundo prioris seculi homines iuxta Senioris Scaligeri coniecturam in tres clas=

classes diuisos esse nimirum in uenatores agricolas, et pastores. Id suadet quia ineunte terrarum orbe solis uiuendi necessitatibus consultum esse non modo probabile sed exploratum est, nec enim uidi ea ætate, quæ delitias promouent fuisse suspicari possumus, cum pleraque singula progressu temporis reperta fuerint. Agricolatio uero, uenatus, et pecorum pastio adeo necessaria sunt, ut nisi etiam sacrarum literarum monumenta testatum id facerent, ex ipsa ratione deriuare liceret primos terrarum incolas in eas exercitationes incubuisse, sine quibus et earum singulis uix fingere possumus, uel ad breue interuallum produci uitam mortalium potuisse.

Uenatio cantinellam quidem admittere uix potuerit in ea enim necessarium apprime silentium, feras fugaret quis caneret, nec qui eas sicurasse in fabulis perlibatur Orpheus Linus, et Amphion id ad eas despidandas fecisse

con:

constat. Agricolę uero et Pastores procul dubio sine cantu non fuerint, cum et ad illum natura inuitauerit, et exercitatio ipsa magnam uim et illicium habuerit. Inuenientes enim rusticantes ij homines ec aliquod ludo dabant neq; ludus erat sine cantu; quod nos ab huiusmodi mortalib; discimus experientia, quos et inter pascendum, pecora et inter arandum canentes audimus. Propensionem ad cantum omnib; inesse indicauit Ouidius prima Elegia libro quarto de tristib; ubi cur ipse cantu exilij molestiam uincat ostendit.

Hoc est, cur cantet, uictus quoq; compede fossor
 Indocili numero cum graue molit opus:
Cantat, et innitans lincose pronus arenę
 Aduerso tardam qui trahit amne ratam.
Quiq; ferens pariter lentos ad pectora remos
 In numerum pulsa brachia uersat aqua.
Uersus ut incubuit baculo saxoq; resedit.

Pastor

Pastor arundineo carmine mulcet oves.

Ut tamen omnis generis homines canant pastores tamen, et agricolę ut aietad, primas sibi in eo opere usurpare videntur, cum vero pastores videantur antiquiores agricolis idcirco eorum cantum antecessisse dicendum est.

Pastorum cantus pastoralia universim dici possint à specie, et ab imagine Idyllia vocata sunt tandem Eglogę.

Huius carminis materia multiplex vetustissima tamen amatoria fuisse dici posset tum quia amoris vis à primordijs his altimis indita est omnibus animantibus à natura ob species perpetuandas, quę in materia essent variabili corruptibiles, tum quod promiscue pavebant utriusque sexus mortales atque ij ut Theocritus cecinit cum viderent pecora coeuntia facile inflamabantur; postremo gaudiorum atque amorum numen idem Venus gaudia autem cantus quam quovis alio af-fa-

affectu facilius atq; comodius comparabant; quib; accidit lacte, et carnib; saturã iuuentute anni tempestate, sectorũ solitudine, merorisque metusq; atq; odij expertes, inuitatam in Veneris Officia facilime illectũ; Preseztim cũ rudi aut male tecti magna ex parte agerent. Quid enim facerent curis soluti sani robusto vegetoq; corpore atq; exercitato. Primũ itaq; carmen eor; fuit, qui seorsim canerent, quod Greci Monoprosopon proximũ Oraistię nimirũ coloquia quib; procus, et puella de amore vel disputant mutuo, vel contendunt inequali. Post hęc tamen ambitione aut fmior; cupiditate aut obtrectatione exhorta contentio impulit eor; cantilenas in colloquia; quia vero alij oues alij capellas, sues alij boues alij, tandẽ equos alij pascēbant, factũ est etiã, ut carmina à diuersis pastionib; diuersa nomina sortirent. Opiliones appellant ouiũ custodes siue

Upi=

upiliones; Bubulci boum, subulci suum caprarij caprarum, equitarius equorum. Nomen vero comune cuicumque custodi est armentarius. Nihil ominus carmen spectans ad Pastores à solis bobus latine saltem nomen accepit, et bucolicum dictum est, ut aparet ex Virgilij Eglogis quæ omnes bucolica sunt appellatæ.

Apud Græcos excelluit in bucolis Theocritus Siculus, quod comode factum esse inde constat quia parens armenti Sicilia cæterarum fortasse terrarum tractibus preferenda quamvis Italia juxta Gonneminem à bobus ob eorum ubertatem, et copiam nuncupationem invenerit; Theocritum imitatus Virgilius tanto intervallo exemplar, et Archetypum suum vicisse dicendus est, elegantia styli, gravitate sententiarum et carminis maiestate quantum ipse tempore victus est. Nemo vero non videt Antonij Lulli juditium, ut ineptum, et fatuum. Qui Græcos poetas et latinos ad

trutinas reuocans ita insipientes libro septi-
mo Rhetoricorum capite quinto concludit.
Itaque (ut semper mea constat sententia) mul-
ta conant Latini in carmine, sed pauca prae-
stant, et inuita omnia conant (ut dici so-
let) Minerua. Quorum namque uita seuerior est,
eorum solet oratio tam ardior inuectiorque esse,
quam grauior: Et ex uoluptatibus uitae delitiae
omnes existunt sermonis. Hae Lucullus cu-
ius ~~imperitiam~~ censuram castigat exemplo
suo Uirgilius cuius ut parcius loquar Epi-
sodium apud Didonem de Troiano bello, et
Aeneae erroribus pluris est faciendum quam
aniles Ulyssis narationes apud Pheaces quam-
uis hae multo prolixiores; et sane magis
heroicum nobis se probat Turni factum, cum
hostilem urbem ingressus est quam puerili-
tates omnes, et infantiles ineptiae deorum
hominumque in Iliade propemodum tota Hora-
tius quamuis imitationem Pindarum appellauerit,
reicit

uicit tamen saltem argumentorum variatione. Martialem in Epigrammate Tibullum, ac Propertium in Elegia, Catullum in mixta Poesi nullos inuenias apud Graecos; qui ut voluptatibus et delitijs seculi addictores lepidiores fortasse inscribendo, sed certe minus graues, et minus acuti fuerunt.

Deliberauit sane Lullus in censura Tragica Senecae, meritoque multorum conuitijs vapulabat, ubi ait: Senecam Tragicum admiretur qui uolet, Mihi etsi grauis, et certe inelegans uidetur, ut praeter sententias nihil habeat lauidem dignum. Tua porro Lulle, indignatione dignum. Tua porro Lulle, indignatione censura, et non modo censuris lectione censura, et non modo censuris uirgula, sed graui, Scipione uerberari, dignus eras, cum in hominem de re litteraria praestantissima meritum adeo licenter inuehebaris. Tibi homini Triobolari centuriam nobilissimorum scriptorum, et quos quis tecum non dessipiat in sumo pretio habeat possim

obij:

objicere quibus Seneca Tragicus summus est habitus. Quantulus est, si eum Maximo Iusto Lipsio comparavis? Senecae Tragici, ait Lipsius, profecto Thebais illa eximie pulchra est, et quoties lego veneratio me habet, vel potius stupor. Nemo natum visus mihi tam alte, et feliciter volasse &c. Idem de Medea. Medeam illustris ingenii fœtum fatebitur, qui eam attenta, et substrictaut ita dicam aure leget. Thebaidis scriptio alta docta, grandis. Nihil usquam inveniet accersitum, fucatum; Phrasis, et verba lecta sententiarum mira accumina; scripti gemula hæc est; nec ultra calcanda pedibus ignari vulgi. Vos Critici habet audacior inter prima Romana scripta, audi Scaligerum Seniorem quid de Tragico Seneca sentiat, et si potes Hulle mutato consilio vecine Palinodiam. Senecam inquit nullo Græcorum maiestate inferiorem

exis=

existimo; cultu vero, ac nitore etiam Euripide maiorem; Inventiones sane illorum sunt, at maiestas carminis, sonus spiritus ipsius &c. Audi Giraldum: Senecæ, inquit, tragediæ mira sententiarum, et verum ubertate refertæ. Me puero multo in pretio habebantur, et quo quis plures, et iis versus memoriæ mandasset, eo magis à doctoribus comendabatur &c. Verum frustra terere tempus videri possim, qui ad plectendam Tulli temeritatem suscepto cursu declinato laudatores Senecæ Tragici nunquam satis laudati recenseam unum dicam in hac re, antequam in iter regrediar, Picum Mirandolam ingeniorum Phenicem, et litterariæ reipublicæ dictatorem maximum eundemque perpetuum dixisse solitum, et auctor Crinitus, et triplici idiomate, Hebraico Græco, et Latino primum quidem religioni apprime conducere, alterum delitiis, tertium maiestati qualis imperantes homines decet. Sed redeo ad incepta. Ex

Theo=

Theocrito sumes exempla cantus unius quam Aristię nimirum plurium cantum appetlat. Plurima quidem in re pastorali uerum tamen aliqua etiam in agricolatione præsertim messores, quandoque inducunt. At plerumque illius carmen amatorium est, et ut ille fatetur ex amoris finibus fistulę illius egredi non licebat. Imitatus Theocritum Maro, multa et ipse amatoria conscripsit in Eglogis in secunda presertim amores Corydonis Alexim deprecantis exprimuntur in quo Argumentum displicet quantum Elegantia carminis delectat. Alię eglogę seria plerumque continent stylo quidem qui loquentium personas decerat exarata; attamen non sine doctrina. In Sileno (ita enim inscribitur sexta egloga) Philosophia pene tota, quod spectat ad Phisicam Epicureorum describitur, multaque alia ad fabulas respitientia intermiscentur. Quarta est magna ex parte alle-

go-

allegorica et continet Genethliacon Salonini in consulatu Pollionis patris nati, quem infantem recens natum ideo Saloninum appellat, quia eius natalia captas in Dalmatia Salonas acceperint; Patris laudes, et Augusti detonat potius quam canit carmine Sibyllino, et ut dedecens stylum Buccolicum carmen fortasse reprehenderet, nisi ipse statim ab initio excusationem premitteret, ut patet. Alibi Iulij Caesaris, ut plerique oppinatur sub persona Daphnidis cędem deplorat licet alij ad Quintilij Vari necem in Germania cum legionum interitum obitum referant. Egloga Septima cui titulus Melibeus tota pastoralis est, habet enim duorum pastorum contentionem, qui alternis versibus amores suos canunt. Octava vero, et ipsa pastoralis; prior pars (bifariam enim dividitur) amatoris decepti conquestionem amplectitur. Posterior vero veneficium, quo amatoris mens pervertatur; et hęc

pars

pars pene tota sumpta est ex Theocriti eiusdem nominis Idilio in quo venefica, pharmacis, et incantationibus animum viri à quo spernabatur ad sui amorem conatur revocare. Ita n. Virgilius magnam nescio quam inducit animum Daphnidis incantationibus oppugnantem quem et expugnat. Nona Pastoralis et ipsa est, si inter locutores respicias cęterum argumentum à re Pastorali semotum, nec video, ubi in ea Theocritum sit imitatus. Quia vero pene tota est allegorica sensum verum aperiemus qui hic videtur. Post Philippensem aciem, in qua victores Cęsar Otavius, et Marcus Antonius victi Brutus, et Cassius idem Cęsar, et Antonius cum Lepido Triumviri militibus, qui sibi in eo bello navassent operam agros transpadanos traddixere, et inter eos distribuendos iusserunt. In ea distributione sua quoque bona Virgilio erepta sunt. Is Romam profectus tum favore ingenii tum etiam presertim adi:

adiuuante Pollione Transpadanę regionis Prefecto filia eadē sibi erepta recepit. Ue=rū egre id ferente Ario Centurione cui Uirgilij fundus in portionem cesserat parū abfuit quin ab irato Milite Uirgilius interfi=ceretē. Itaq; rursus Romā profecturus precepit uillico suo ut usq; ad reditū quā minimo pos=set detrimento obsequeretē. Is igitē ex Uirgilij mandato Mantuā proficiscitē, hedorū mu=nusculū Ario oblaturus; Mœrim subsequetē Licidas itineris eius causā interrogans; Ubiq; nactus occasionē temporū calamitatē defflet. deinde Mantuā euntes, ac uię fastidium uario cantu deliniunt. In ea uero Eglogā Menalchas est Uirgilius, Mœris, eius Uillicus.

Argumentū Eglogę decimę, eiusdemq; ultimę pastorū fere totū sumptū ex Theocriti Thyr=side. Argumentū Uirgilianę Eglogę sunt amo=res Cornelij Galli qui fuit et Poeta eximius et primus omniū post debellatā Cleopatrā

Egy=

Ægyptum in provinciam redactam eidem Ægypto fuit ab Augusto præfectus. Hic Gallus Cytheridem Meretricem Volumnij libertam perdite amavit, vocat tamen ipse Lycoridem ad verum nomen occultandum, quod in re amatoria plerique faciunt. Tanto Galli amori haud quaquam respondit Cytheris imo spreto Gallo Antonium in Galliam secuta est. Tulit Gallus ægerrime hanc amoris repulsam quem ideo hac novissima Ecloga consolatur Virgilius non recedens a pastoralibus personis, et comparationibus.

Superesset, et ad vellicandum Viti Unimsenij iudicium qui Theocritum ex Græco Latinum fecit ostenderemus non modo Theocrito imparem non fuisse Virgilium in Bucolicis sed longe illo maiorem ita enim Vetus. Virgilium dicunt imitatum esse tres præcipuos poetas Græcos Homerum, Hesiodum, et Theocritum et ex illis Homerum æquasse Hesiodum superasse â Theocrito vero superatum esse. Ce

fec

cetera in medio relinquo. Sed certe Theocritum longissimo intervallo Virgilius non est assecutus; Haec ille. Sed certe praestiterat, Vite, et tui imbecillitati ingenij fassus omnia in medio relinqueres. Homero maior fuit Virgilius, sicut et Hesiodo si aetatem excipias qua illis fuit minor, et Theocritum tum non modo est assecutus sed longo etiam intervallo praeteriit. Id ostendunt multi Vito prudentiores, quibus hanc ego Provinciam totam sepono, ne in re pene inutili, et infrugifera diutius immorer.

Post carmen Bucolicum constat inventum esse Dramaticum, quod deinde in tragicum, et comicum distributum est. De huius exordijs plura superioribus capitibus dicta sunt, proinde hic ab ijs indagandis abstinendum.

Caput Secundum
De Satyra

Post pastoralia dicendum esset de tragedia, et

et comedia, quæ ambo dramatica, et verisimile est post pastoralia inventa esse. Quia vero de ijs in priore huius operis parte affatim quod spectat ad nostrum institutum diximus quam plura etiam dici possent ad alias poematis species properamus.

Tragediæ sobolem affirmauit esse Satyram Scaliger Maior. Primo suæ Poetices libro capite quadragesimo. Ubi tacito nomine reprehendit Quintilianum apud quem habes libro quinquagesimo capite primo de institutione oratoria: Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent &c. Falluntur inquit Scaliger, qui putant Satyram esse latinam totam. A Græcis enim est inchoata, et perfecta primum, a Latinis deinde accepta, atque

extra

extra scenam excusta.

Quod vero pertinet ad nominis huius rationem unde semper inchoandum, si id dubium sit; Volunt aliqui Satyram quasi Saturam dictam esse, ob carminis varietatem, seu propter copiam rerum quae ibi tractantur; videtur enim fictis personis rebus aliis id carminis abundare proinde a satietate vocabulum accepisse, perinde ac auditores saturet eorumque appetitiones expleat, quod respexisse videtur Iuvenalis ubi cecinit.

Quidquid agunt homines votum, timor, ira, voluptas
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli

quidam vero derivant a Satyra Lance quae referta multis variisque primitijs in sacrificium Dijs offerebatur. Alij a Satyra lege dictam existimant quae uno rogatu multa simul comparabat. De qua lege Sallustius de bello Iugur=

Iugurtino. Deinde quasi per Satyram sententijs exquisitis in deditionem accipit. Varo à quodam farciminis genere, quod multis rebus refercie=batur dictam Satyram esse scribit. Unde in secundo libro Plautinarum questionem habet. Satyra est Uuę passę, et Nuclei Pinei ex Musto conspersi. Has omnes Ethimologias criminatur Scaliger: Quarobrem inquit, non à Satyra uel lege, uel lance dicta est ut frustra ac temere satagunt gramatici; Quin à Satyris dictas puto, cum lancibus enim prodibant, et canistellis pomorum omni genere ple=nis, quibus Nymphas allicerent. Et hęc de Ethi=mologia, siue ut appellant notatione. Nunc de eius exordijs, alijsque ad id carmen spectantibus dicendum est.

Si Quintilianum sequimur Satyram à Lucilia cepisse dicendum est. Hunc sibi imitandum proposuit Iuuenalis, ut idem Satyra prima tes=tatur. Cum tamen hoc libeat potius decurrere campo

Per quem magnus equo Auruncę flexit Alumnus.

et est inconfesso apud omnes ipsum inter Latinos caeteris in satyra scribenda praecelluisse.

Caeterum à Quintiliano recedere, et adhaerere Scaligero cogit Horatius satyra quarta libri primi cum cecinit.

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poetae
Atque alij quorum comaedia prisca virorum est
Si quis erat dignus describi quod malus, aut fur:
Quod maechus foret aut sicarius aut alioqui
Famosus: Multa cum libertate notabant
Hinc omnes pendet Lucilius esse secutus
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus &c.

Certa igitur Lucilio non debetur carminis huius inventio, quando hic alios in eiusdem carminis scriptione secutus est inventorem possumus appellare eo saltem nomine, quod in hunc modum Satyricum Poema conscripserit, et ab alijs poeseos speciebus seiunctum in unam eandemque digesserit sedem, cum antea apud Graecos non esset à comaedia seiunctum sed in choro praesertim locum habuerit

et

et aliti etiā quandō alios uerdicandi locus oportunior uideret. Quoniā uero Lucilio tribuitʒ carminis huius inuentio, quis ille fuerit breuiter innuendū.

Caius Lucilius, inquit Petrus Cristinus Satyrarʒ scriptor, iisdemq. prope temporibʒ floruit quibʒ Poeta Accius, Sextus Turpilius, et Statius Cecilius in scena celebres habiti sunt. Ex Aurunca Urbe Ausonię fuit. Quocirca Alumnus Auruncę uocatus est à Iunio Iuuenale. Parentes habuit satis nobiles, et ut quidā Gramatici tradunt fuit Annunculus Gneo Pompeio. Illud in primis manifestū est fuisse Lucilium ingenio acerimo, et in scribendis uersibʒ Festiuo, et Urbano. Et paulo post idē Lucilius primus cepit scribere Satyras maximeq. insectatus est Rutiliū, Lupū, Carbonē, Luciū Tubulū, et alios plures quorum scelera atq. flagitia ferre ęquo animo non poterat. Fuit enim Lucilius optimis moribus, et

et alienae iniquitati acerrimus accusator &c.

Ex hac narratione patet floruisse Lucilium eo seculo, quod ego alibi antiquum litterarum uocauerim quod deinde precessit, à quo exceptum est seculum perfectum, quo celebriores Poetae uiguerunt. Sed hactenus dixisse liceat de Satyrae exordijs

Satyrae characterem humilem appositum esse sensisse uidetur Horatius cum satyras suas appellauit sermones quasi familiaria colloquia, et id etiam exemplo suo Satyrographi omnes confirmauere. Proinde neque in Poetarum syllabum se adscriptum iri sperat idem Horatius eo nomine quod satyras scripserit. Satyra quarta libri primi

Primum ego me illorum, dederim quibus esse Poetas
Excerpam numero. neque enim concludere uersum
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat uti nos
Sermoni propiora putes hunc esse Poetam.

tres esse species Satyrae uel modos docet Scaliger

Seni:

Senior Satyrographorum exemplo. Nimirum aliam esse simplicem, aliam dramaticam, aliam mixtam, narratio simplex ex persona auctoris, ut prima Iuuenalis, in qua nimirum solus ipse loquitur, neque alium inducit. Dramatica uel actiua duplex: aut enim personae sunt sine nomine, ut prima Persij, aut nominatae ut Catij, et Damasippi. Mixtae uero sunt, ut illa pulcherrima Horatij, quae incipit:

Ibam forte uia sacra

Satyrae legem credit statuisse Uenusinus Satyra prima secundi libri, cum ait:

Sunt quibus in Satyram uideor nimis acer et ultra

Legem tendere opus.

est autem inquit eius Scholiastes, Satyrae et comiter et urbane, et per ludum ac iocum, mores, uitiaque hominum notet, ac reprehendat, non aspere non petulanter, non contumeliose, non iracunde;

Nec lex cogit admittere distinctionem Scaligeri

qui

qui sic loquitur: A characteribus vero species duae, Altera sedatior, qualis Horatiana, ac sermoni propior. Altera concitatior, quae magis placuit Iuuenali, et Persio. Hi strictam habent cuspidem, illi velut fronde contextam gerunt, Thirsum Satyrorum more, quo fallunt imprudentes Hederarum[que] abductus contus incautos vulnerabant. Hederam quam contemnerent, non metuebant. Cuspide quam non viderent transfigebant hactenus Scaliger.

Iudicauit Horatius, quaenam sint personae, quas satyrici vellicent libro primo sermonum satyra quarta, cum ait:

Quemuis media erue turba:
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus; hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius aere:
Hic mutat merces surgente a sole, ad eum quo
Vespertina tepet regio: quin per mala praeceps,
Fertur uti puluis collectus turbine: nequid

Summ-

Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt versus, odere poetas;
Fenum habet in cornu, longe fuge; dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico:
Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes
Gestiet a furno redeuntes scire, lacuque
Et pueros, et anus &c.

Quibus consonat prima Satyra Iuvenalis, ubi profitetur ipse non posse se à scribenda satyra temperare, propterea quod tolerantiam vincerent hominum vitiam, quibus tota Urbs Roma nimirum abundaret.

Quod spectat ad locum Horatii obiter noto inter adagia recipi illud: fœnum habet in cornu Bosque inde translatum sit. Verum quod antiquitus Bobus cornupetis fœnum pro signo in cornu appenderent, quo sibi caverent qui forte occurrissent. Idque ideo fieri solitum Plutarcus in problematis autumat quod copiosiore pabulo non modo boves, sed et equi, et Asini insolentiores

ores, ac ferociores reddant. Unde extat et Sophoclis dictum in tumidum quempiam, ac per= ferocem. Tu farues quasi pullus pabuli copia. Huic adstipulatur Solonis dictum apud Laertium satietatem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam. Dictum est aliquando idem Marcum Crassum, quod in cornu fœnum haberet, propterea= quod aut quemquam impune lacessaret homo dives, ac potens, et simultatum persequentis= simus. At postea Cæsar dictus est ei fœnum detraxisse. Quod omnibus illud ut cornupetam taurum fugientibus ac formidantibus ipse primus ausus fuerit illi resistere. Usurpat adagium hoc etiam Divus Hieronymus in Epistola quadam, minitans ijs, à quibus forte esset lacessendus.

Est autem Satyra Poema liberum, in= quit Scaliger, similesque satyricæ naturæ omnia sursumque deque habens, modo aliquid dicat. Itaque nec proœmium instituit, nec init Epilogi rati= onem. Ideirco Iambus aptior.

In

In huiusmodi libertate conueniunt Satyrarum scriptores, quod unicuiq; patet ex Horatio, Persio, et Iuuenali, qui fuere Satyrographorum antesignani. At iambum ij omnes exametro postposuere. Ab Ethimologia nominis deriuauit sequens Scaliger cum Iambisim apud ipsum idem sit, ac maledicere. Iamborum autem institutorem fuisse dicit Archilocus de quo Uenusinus in Arte.

Archilocum proprio rabies armauit Iambo.

cum enim Licambes filiae illi nuptias quas pactus fuerat denegaret is ad ulciscendam iniuriam Poema scripsit iambicis numeris illigatum, et tam amarulenter Licambem eiusq; filiam insectatus est, ut uterq; contumelia uictus suspendio uitam sponte consumpserit. Quo respexit Martialis, cum minitans aduersario diceret.

Tela Licambeo sanguine tincta geram.

Quinam ex Satyrographis primas obtinuerit

non

non consentiunt critici, cum alij Horatium ante:
ponant alij Iuuenalem, Persium alij, ego ut dicam quod sentio arbitror Horatio primas deberi in castitate latini Sermonis, quae illi laus praecipua in toto opere, caeterum in alijs antefero Iuuena: lem, qui non modo plures sed meliores etiam satyras scripserit quam Horatius.

Fuit hic patria Aquinas, eandemque Patriam multis post saeculis celeberrimam fecit Diuus Thomas, de quo merito dubites an ipse ex sa: pientia conditus fuerit an sapientia ex ipso; et si scripta consideres, facile conijcias Ma: gistrum illi fuisse Deum ipsum, cum ab hominibus tantum sapientiae haurire, nec studio uel per: tinaci, nec ingenio quouis acerrimo potuisse dicendus sit. Natus est Iuuenalis Patre Liber: tino, ut quidam credunt, quod de se ipso tes: tatur Horatius. Alij ab eo institutum, proque filio habitum dicunt. Temporibus Domitiani Principis floruit, et si ad Neruae ac Traiani aetatem peruenit.

Por:

Porro Satyras saltem aliquas sub Domitiano scri:
psisse dici non debet, cum illum aliquando acceri:
me insectetur præcipue vero Satyra quarta ubi ait:

Cum iam semianimum laceraret Flavius orbem,
Ultimus, et calvo serviret Roma Neroni.

Tota vero satyra plena est eiusdem Domitiani
conuicijs, ubique illum insectatur nulliti parcit. Re:
dijt vero blanditus Nervæ initio septimæ Saty:
ræ cum incipit:

Et spes, et ratio studiorum in Cæsare tantum:
Solus n. tristes hac tempestate Camenas
Respexit cum iam celebres notique Poetæ
Balneolum Gabijs Romæ conducere furnos
Tentarent, nec fœdum alij nec turpe putarent
Præcones fieri cum desertis Aganippes,
Vallibus exuriens migraret in atria Clio.

Quo enim pacto ausus fuisset Domitiano
adhuc superstiti tam aperte conuitiari? Fronto:
nem Grammaticum audiuit summaque diligentia
ab eo dicitur institutus. Qui Romæ docuit illis

tam:

temporibz magna celebritate nominis, ut Gellius testatr. Deinde probauit ingeniu suu in foro et causis agendis in quo uidetr elaborasse pro uetere consuetudine declamandi quad ut uersari diu uellet in eo studioz genere. Neqz desunt qui referant eruditum fuisse Iuuenale preceptis, atqz institutionibz Quintiliani, qui per ea tempora maxime excelluit inter ceteros Rethores. Versatus est maximo studio in scribendis Satyris secutus exemplu Lucilij, atqz Horatij. Qua in re haud mediocre laude adeptus est inditio eruditoru compositis quinque uoluminibz. In his .n. facile ostendit quad acre se, ac uiolentu preberet accusandis atqz insectandis hominu uitijs. Ut qui molestissimo animo ferret corruptos Ciuitatis mores. Hec ex Petro Crinito.

Neque tamen caruit uitijs Iuuenalis quippe qui du scelera insectaret eas quoqz

pos:

posuit voces, ex quibus qui leguntur evadere possunt deteriores. Præsertim Satyra Sexta quæ ceterarum longissima cum libidines sui temporis insectatur, adeo se obscenum et fædum venditat, ut nisi sis impudens ab ea perlegenda debeas abstinere; Quid n. cogitat adolescens, qui certarum ignarus obscenitatum audiat verba aut vocabula tam nefanda quæ sibi inseruntur? Debuerat potius non reprehendere vitia detestanda, quam execranda adeo oratione in qua nullius modestiæ locus, pudori nullus, in scelera alliena invehi, aut potius debacchari, propter quorundam eius aliarumque satyrarum versuum insolentiam, loquar cum Scaligero, vel iusserim, vel optarim toto opere abstinere virum bonum.

Mihi probatissima est Satyra Decima quam satyræ nomen demereri, alioque honestiore vocabulo cum Divo Hieronymo censeo. Sibi ab hominum comuni iudicia auspicatur

ostendit plerumque ea optari, et posci Deos que impetrata noceant, atque pessundent. Quod argumentum deinde inductione prosequitur et exemplo eorum qui cum primo secundis rebus affluxerint in erumnas deinde per quam deformiter precipites acti sunt. Argumentum arbitror sumpserit ab Alcibiade secundo Platonis, et uere id est totum illud Poema, ut paucissimis demptis à quouis purgatioris animi homine citra quoduis periculum perlegi.

Tertia decima, et ipsa recte morata, in qua ab eo exordit, quod est sacris Christianorum Oratoribus appositissimum nempe à consientie stimulis quibus sontium hominum animi uellicantur.

Quarta Decima, et ipsa pijssima que in Parentes inuehitur quorum mala exempla filiorum mores pessundant, et omnino perditum eunt.

Quintam Decimam qui non laudet suspiciat admiretur is sane dignus, quem omnes uituperent, ut stupidum et ingenio non multo stipitibus meliorem.

Veter:

Detestatus initio Ægyptiorum amentiam, qui diui:
nitatem uel ipsis rebus in animis surgirentibus
nedum deformissimas animantes ut deos cole:
rent. Pergit deinde ad asserendam in homi:
ne humanitatem mutuæ beneuolentiæ, ne:
cessitatem argumento lacrymarum quibus homi:
ni datis mollissima corda dedisse profitetur
natura. Tandem in detestationem crudelitatis
desinit, qua nihil ab humano ingenio ali:
enius argumento ipsa ferarum esse docet.
quippe eiusdem ut ita loquar, speciei feræ
se mutuo laniant, cum homo homini necem
molitur, intendat, et per summam sęuitiem infe:
rat. Dicam tandem cum Scaligero Iuuenalem
candidum esse ac Satyrorum facile Principem,
cum eius uersus longe meliores quam Horati:
ani sint, sententiæ acriores, phrasis aper:
tior. Persio etiam antefarendus cuius stylus, in:
quit Scaliger, Morosus, et ille ineptus, qui cum
legi uellet quę scripsisset, intelligi noluit quę legerentur.

Non

Non id tamē de Persio iuditiū tulit Petrus Crinitus, ubi de Poetis latinis sermonē habet, quin illū laudat ob morū integritatē, quā fuisse dicit in causa, cur ne ipsū quidē Neronē suo quo regnante ferre potuerit, et impunitū dimittere; quādobrē eius nequissima flagitia liberius accusauit, et sub Midę regis nomine illū insisit Satyrica quadā Urbanitate. Quod tamen carmē admonente Anneo Cornuto quē ipse virū Philosophię studiis excultū apprime diligeret colleretq; dicitur immutasse. Difficultas uero carminis eius percipiendi tantū abest ut lectorē deterreat, ut potius magis alliciat. Ita enī natura comptū est, ut obuia quęque praetereuntes in ea acrius incumbamus, quę non nisi, cū magno labore, multoq; negotio addisci possunt. Quādobrē sua multos felicitas contemptui tradidit, adeoq; legi desiere, quia facile percipi possent. Comperta loquor, et

quoti

quibus experientia fidem conciliat. Quando=
quidem Cornelij Taciti scriptiones fere om=
nes non mirantur modo, sed in delitijs ha=
bent eo praesertim nomine, quod inacessas
habet sententias, ijsdemque imperceptas, qui
se illius sectatores, et amasios profitentur.
An Livius Tacito non multo melior, elegan=
tior, copiosior? Quo igitur nomine posthabitus
Tacito? Explanati sensus, et cuivis modo
latina percipiat assequendi historicorum
antesignanum quodamodo prodiderunt, quam=
vis id fortasse Tacito maius etiam studium
conciliaverit, quod utique in obtrectationem
propensus aures oblectat quibus nihil dul=
cius, suaviusque, quam alienorum morum
vellicatio; laudat Persium Martialis Marsoque
qui volumen non modicum scripsisse dicitur
anteponit. proinde ait:

Saepius in libro laudatur Persius uno
Quam levis in tota Marsus Amazonide.

et

et hęc de Persio. Cui eadẽ, quę Lucano famili:
aris fati acervitas maiorẽ Poeseos laudẽ
incidit nã ante trigesimũ annũ fatõ interiisse.

Lucilij opera interiere omnia eorũ censui
addita, quę temporis voracitas consũpsit, et
posteritati surripuit, quãobrẽ de eo non loquar.

Ut tandẽ iis quę spectant ad Satyrã
finẽ apponã subdã pauca ex Scaligero; partes
inquit in Satyra nullę quarũ legibz ad certũ
numerũ, certamui disputationẽ deducaris. Aut:
lũ proemiũ si non uis abrupta omnia non
tamen non cohęrentia. Nãq. aut eiusdem
uitiõ multos damnas, aut multorũ unũ, aut mi:
sces. Uerba uulgaria, aut sordida, interdum
eque Macello petita latina tamen, aut Gręca
aut genti familiaria, quã incessis. Quęadmo:
dũ Mastrucatos Latrunculos uocat Cicero tar:
to magis satyro licebit. An uero liceat lati:
nis gręca intermiscere? Sane hoc irridet
Horatius. Interposuit tamen Iuuenalis semel

atq.

atq; iterum &c. Posceret fortasse locus, ut de ijs Satyricis loquerer, qui lingua vernacula, quam vulgarem dicimus scripsere; Quia vero id esset operosum, et opus extenderet finem de Satyra dicendi facio.

Caput Tertium
De Poesi Lyrica

Prius quam ad Poema Epicum veniamus, quod omnium praestantissimum de Lyrica Poesi non nulla dicenda sunt, mox de Elegia, ut ordinem naturae, ac ductum secuti ad perfectionem deveniamus.

Carmen id à Lyra dictum esse vocabulum docet; Lyram vero dictam esse antea Chelim, postea Lyram, quae munus significat. Aiunt a Mercurio inventam esse, quem propterea Lyrae Parentem Horatius appellavit, dono vero datam esse Apolini ad compensandos boves quos idem Mercurius furto ademisset. Erat Lyra instrumentum curvum testudinem imitatum

ut

ut auctor Plinius, quare testudo dictum etiam est. Sic enim appellauit Horatius in Arte.

Fertur, et Amphio Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, et prece blanda.

Quam ex musicis instrumentis, quæ ætate nostra numerum iniuerunt Lyræ nuncupationem mereatur mihi incompertum. Arbitror tamen id uero dici, quod Italice dicitur, *il Leuto*. Ceterum Lyram et Citharam fuisse idem inde possumus argumentari, quod Orpheo promiscue utramque tribuit de eo n. Virgilius.

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus Cithara, fidibusque canoris.

Eidem uero Chelim, quæ eadem cum Lyra tribuit Statius libro quinto Syluarum, in Epicedio Patris

Si Chelim Odrysiam pigro transmisit Auerno
Causa minor &c.

Quia uero res hæc exploratior est quam ut explicari postulet satis fuit attigisse.

Lyricum carmen Ode etiam uocatum est, quæ cantum significat. Quia enim carmina illa

minime

minime sine lyra uel cantu pronunciabant, propterea utrimq; nomen accepit. Insuper Poema lyricum appellatum est quoq; Pindaricum, et qui uernaculis numeris apud nos scribunt Lyrica suas cantiones Odas pindaricas inscribunt. Quia uero Poemata sunt res quasi species quędam, idcirco, ut superius uidimus idyllia quoq; uocant. Meliambos citat Laertius in Vita Diogenis Cynici, qui fuerint à Cercida Megalopolita scripti qui iuxta nominis notiones iambi esse debuerant, et tamen quinq; ibi sequnt uersiculi, quorum nullus est iambicus; Unde bene deducimus Meliambos appellatos esse uersus Lyricos quodquod uero Molos lyricorum tantum fuit. Melodia tamen est omnium cantionum sonis attributa.

Multa esse lyricorum genera ex ipso Horatio constat, qui Grecos imitatus, ut fatetur ipse Principem locum inter Latinos Lyricos

nac

nactus est.

Primum itaque genus est Amatorium quo videlicet curas amatorias Poëtæ prosequuntur. Id carminis excogitatum esse aiunt ab Alemana, qui primus dederit Metrum lascivum. Alij asserunt Ametorem Eleutherenum primum apud suos Cives amatorias cecinisse cantilenas: cuius propterea posteri Ametores sint appellati. In hoc genere plurima fuit Sapho, quae perdite Paonium adamaverit, et veri speciem habet conatam esse Lyrico carmine in suos illum amores pellicere, quod tamen cum minime impetrasset, ferunt se ipsam in mare præcipitem egisse ex edita rupe, quod arbitraretur, ita se canendo non morituram sed inventuram amoris sui remedium. Et invenit quidem quo nullum præsentius. Quid enim oportunius si dandum amori, quam una litera dempta mori?

Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis, aiebat Appolo penes Ouidium, cum

cum in fugienda Daphnide miserrime aestuaret. Sed Herbis Pharmacum sane potentius dicenda est inuenisse Sapho, cum Mortem inuenerit, nauasse se operam carmini Lyrico testatur in Epistola superius laudata, ubi reddit rationem cur Elegos scripserit:

Forsitan, et quare mea sint alterna requiris
Carmina cum Lyricis sint magis apta modis.
Flendus amor meus est Elegia flebile carmen
Non facit ad lacrymas barbitos illa meas.

ubi breuitas notandum Barbito (est apud Horatium masculini generis Ouidium faeminini) idem farre esse cum Lyra differre uero in eo quod Lyra digitis Barbiton plectro, uel calamo pulsatur. Quarta idem erit cum nostra Cithara quae etiam ipsa calamo pulsatur. In hoc sibi uidetur aduersari Calepinus, qui cum barbiton dixerit esse instrumentum quod plectro calamoque pulsatur appellauit tamen barbiton instrumentum illud, quod Italice dicitur Arpa et tamen

con=

constat id solis digitis pulsari. sed de vocabulis musicorū instrumentorū alij viderint Dauidi qui fuit peritissimus in hac canendi arte hoc instrumentū quod Arpa dicit Pictores adscribunt, ipse tamen psalteriū vocat dicens. Exurge psalteriū, et Cithara. Psalteriū fuisse aliqui asserunt nomen musicis instrumentis comune, et veluti genericū, alij id quod nos Organū, sive etiā Cymbalū appellamus, Graeci vero Maublion.

Horatius Ode duodecima libri primi ostendit Lyricū carmen, tū Lyra tū Tibia cani solitū, cū Clion unā ex musis alloquit.

Quē virū, aut Heroa Lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio!

constat vero fuisse Tibiā aulеticū instrumentū Musicū oblongū teres, et foraminosū, quod inflatū, et digitis modo adductis, modo reductis temperatā non iniucundam reddebat Symphoniā. Id putant nominis ac-

ce:

accepisse quod ex duab. tibijs primo confe:
ctum fuerit carmen ad tibiæ sonum dictum
esse duplici modo potest intelligi primo
quidem, quod alter tibia sonaret alter ca:
neret. Secundo quod idem sonaret, deinde
intermisso sono caneret versus. Nam aliquin
fieri minime poterat, ut idem simul, eodemq.
tempore inflaret tibiam, et carmen caneret.
Quod spectat ad materiam carminis Ly:
rici videtur eam docuisse Horatius, qui ut fa:
tetur de se ipso primus Poesim Lyricam dedu:
xit in Latium Ode ultima libro tertio.

Dicar qua violens obstrepit Aufidus
Et qua pauper aquæ Daunus Agrestium
Regnator populorum, ex humili potens
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos.

hic inquam monstravit quæcumq. in breve Po:
ema cadere possunt, ea posse numeris ly:
ricis colligari nimirum laudes, amores, iurgia

inse:

insectationes, comessatoria, obiurgatoria uota ad indulgendum genio exhortationes; contra sobrietatis comendationes, gestorum sumaria explicationes, desideria, conquestiones locorum, temporum explicationes, noua consilia, deliberationes negotiorum, susceptiones, susceptorum repudiationes, imitationes, repulsiones, dehortationes, detestationes, et alia si qua sunt; amat autem Poema hoc animi libertatem æque ac Satyræ, uel Epigrammata. Posuit autem sunt in duplici differentia; aliæ n. sunt apertæ ut illa Horatij

Nec generant aquilæ Columbas.

aliæ sunt tectæ circuitu verbor; talis est altera eiusdem Horatij

Tu ne quesieris scire (nefas) quem mihi quem tibi
Finem Dij dederint.

esset autem aperta si diceret: ne sciscitare mortis diem tota quoq; prima Oda est huiusmodi. Et illa in secunda Oda.

Irruuit gentes graue ne rediret
Sęculum Pyrrę noua monstra questę &c.
quam sententiam ad simplicem, et planiorem mo=
dum reducit Scaliger. Deus magni terroris
supplicio afficit minutiora scelera, ut deterreat
a maioribus. Subdit deinde Scaliger brevitate
delectatum esse Horatium quod consilium, et ipse
probat: nihil, inquit, suauius quam posse plu=
res epulas degustare. Atque hoc pręceptum in
alijs quoque multis puto esse obseruandum.
Qualia sunt quę in coronis, in conuiuijs,
in foro, inter deambulandum uel canuntur,
vel recitantur. Quę vero conuocatis ciuibus
in eorum conuentu pronunciantur ea neque
longa esse opus est, ne tędio afficiantur.
Et sunt fortasse qui habeant negotia,
neque breuia ut quasi aspargi, aut
apud uix nunc admisso conuiuas illico
dimitant. Comędias et tragędias otiosis da=
mus; nemo enim in theatrum uenit qui
non

non libens uelit id temporis admitare. Hortanus Scaliger, ex cuius doctrina satis abunde materiam Lyrici carminis percepistis.

Modo reliquum esset varias Lyrici carminis formas, ac species apperire uerum id, et ingentis laboris esset, et fructum fortasse non necessarium quereret auditoribus meis cum satis id ab uno Horatio possint ediscere qui sicuti inter Lyricos uatas obtinuit principatum, ita in singulis Lyricæ poeseos formis adeo stylum exercuit, ut eius studiosis nihil supersit, quid ab alijs emendicet.

Caput Quartum
De Elegia.

Quenam sit elegiaci carminis forma nemo est qui perspectum non habeat Versus impariter iunctos appellauit Horatius; Et Ouidius cum sibi uisam Elegiam inter musas uel musarum familia diceret id docuit

Illi si memini pes breuis alter erat.

Quo

Quo primum auctore id carminis ceperit controversum quo suo fuisse docuit Menusinus in Poetica

Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor
Gramatici certant, et adhuc sub iudice lis est Elegiæ materiam primum fuisse lugubre auctor Horatius in arte.

Versibus impariter iunctis querimonia primum
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

eorumque spectavit Sapho in Epistola apud Ovidium:

Flendus amor meus est Elegia flebile carmen.

ab amantium comiserationibus ortam esse arbitratur Scaliger; qui subdit primo amantes ad amicarum fores eo carminis genere usos esse. Voti deinde compotes eodem metro gratias egisse, et secundiorem fortunam celebrasse. Esse vero carmen conquestionibus aptum idem Scaliger fatetur. Esse accomodum amoribus auctor est poetarum praxis, qui amores suos elegiaco carmine sunt prosecuti.

Prægu-

Præcipui quoque opera saltem ali qua temporis inuidiam superarunt. Floruere in huiusmodi carmine Catullus, Tibullus, Propertius, Gallus, et Ouidius; omnes uero, qua ærumnas suas, qua amores impare metro conquesti sunt.

Cæteros ætate antecivit Catullus, qui sæculo litterarum aureo, quod tam solutæ orationis quam illigatæ numeris perfectissimum tempus passim appellat, Ueronæ natus est duo de uiginti annis Uirgilio Maior; Floruisse uero cum Uirgilio illud abunde testatur, quod carmen de passare Lesbiæ ad Uirgilium missum est, ut Martialis docet.

Sic forsam tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni

docent tempus quo Catullus floruerit Suetonius qui huius parentem Iulij Cæsaris hospitio usus fuisse auctor est deinde quod scribit ad Ciceronem huius patrocinium ingenij facilitate et doctrina

fome=

promeruerit. Monet Ciceroni coquum fuisse.

Disertissime Romuli Nepotum
Quod sunt quotque fuere Marce Tulli
Quotque post alijs erunt in annis
Gratias tibi Maximas Catullus,
Agit pessimus omnium Poeta.
Tanto pessimus omnium Poeta,
Quanto tu optimus omnium Patronus.

Amavit Catullus puellam Ipsiptillam concivem suam, quam ficto nomine, ut solent Poetae, Lesbiam appellavit. Hos amores metro prosecutus est, qua Elegiaco, qua Lyrico quod ab ipso intelligimus quod sit scripsit ad Manlium.

Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est,
Iucundum cum aetas florida ver ageret.
Multa satis lusi non est Dea nescia nostri
Quae dulcem curis miscet amaritiem.

Eruditorum consensum docti cognomen accepit, ita peculiari Epiteto Catullus censetur tantum vero nominis apud eruditos ac laudis insecutus est, ut

ut illud Ouidius Uirgilianę maiestati appone=
re ausus fuerit. Ipsius uersus ut duriusculos
utcumquę Plinius notat tamen amauere multi, et
secuti sunt. Martialis Catullum sibi audacter
pręponit scribens ad Marcum.

Nec multo mihi pręferas Poeta,
Uno sed tibi sim minor Catullo.

Sed iuuat audire Marcum Antonium Muretum
superioris seculi fulgentissimum lumen, qui in
Epistola ad Bernardinum Lauredanum Patricium
Uenetum hęc habet, unde de Catulli elegantia
iuditium ferre possimus si eius iuditio, quod
sane in hac re non omnino sequendum acqui=
escimus. Latinę quidem, inquit ille, orationis
illa minimequę quasi pigmentis infuccata ger=
manitas in Martiale nulla est in Catullo
pręcipua. His de causis, cum ab illo altero re=
scio quomodo semper abhorruissem Catullum con=
tra nunquam non mirabiliter amaui. Itaquę le=
gebam cum adolescentulus studiose magnaquę
ope=

operam ad leporem illius intalligendos confe-
rebam &c. Antea uero in eadem Epistola de
duobus Hispanis scriptoribus tacito eorum nomine
pene conquestus fuerat, quorum alter Lucanum
Virgilio alter, Martialem Catullo anteponere
ueritus non fuisset. Quorum ab utroque, subdit
ipse, ita dissentio, ut si quis Deus potestatem
mihi optionemque faciat, non dicam Virgilij cui
ui uideor injuriam facere, si eum ullo modo cum
ceteris comparem, sed Ennij alicuius aut Furij
quam Lucani multo similem in scribendo esse
me malim; inter Martialis autem, et Catulli
scripta tantum intaresse arbitrer, quantum inter
dicta scurre alicuius de Trinio, et inter libe-
rales ingenui hominis jocos multo Urbani-
tatis aspersos sale &c. De hoc Mureti judicio
aliquid attingamus cum de Lucano sermo erit.
Interim ad alios Elegiographos transeamus.

Plurimum sibi laudis in Elegiaco carmine
comparauit Albius Tibullus, cuius natiue locuti-
onis

onis castitas eo maior esse potuit quod non Verone, ut Catullus, non in Pelignis terris ut Horatius, et Ovidius, sed Romæ ut credit natus est; In qua Urbe sicut imperij sedes tunc temporis erat, ita Latini sermonis puritas, et elegantia natale solum nacta esse videbatur. Coequus Ovidio fuit, quamvis maturè desideratus multo ante Ovidium tempore interierit, quod idem Ovidius innuit, cum se ipsum etatemque suam describens ait:

Virgilium vidi tantum, nec avara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.

Eius Elegiæ (nihil scripsit præter illas) amores ubique redolent, in quos Tibullus proclivior fuisse dicitur, ut qui Marathum, et Cerynthum pueros maximo affectu dilexit: Sicut Deliam Sulpitiam Neæram, et Nemesim: De cuius forma, et moribus frequens in veterum libris mentio est. Unde illud notum.

Urit amatorem Nemesis lasciva Tibullum
In tuta invuit quem nihil esse domo.

Deliæ nomen fictum esse satis constat Plautia enim uocabatur, quam Tibullus tantopere deperiebat, quantum ex huius laudibus compertum est. Flaccus Horatius, qui et ipse Tibullo contemporaneus fuit, illum hortatur amicitiæ nomine ut forti animo, et constanti immitis Glyceræ fastum atque insolentiam perferat: tum aliorum exemplis discat quanta sit in sequendis amoribus uarietas. Illud quoque laudat Horatius Epistolio quodam libri primi Epistolarum, ubi ait:

Albi nostrorum sermonum candide Iudex
Non tu corpus eras sine pectore. Dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederant artemque fruendi
Quid uoueat dulci nutricula maius alumno
Quam sapere, et fari possit quæ sentiat, et cui
Gratia, fama, ualetudo contingat abunde,
Et mundus uictus non deficiente crumena!

his uero Tibullus in Carmine ad Messalam copiose ostendit parum sibi licere in otio uersari, et Musis pro animi arbitrio incumbere, quod aduersantis

for:

fortunę iniquitas nimium illi obfuisset. Et cum satis illi opes floruerent conditione temporum factum est, ut ad paupertatem redigeretur.

Cui fuerant clari ditantes ordine sulci
Horrea fęcundis indeficientia mensis:
Cuiq; pecus denso pascebat agmine colles
Et domino satis, et nimium furiq; lupoq;
Nunc desiderium superest.

Quatuor libros Elegiarum siue amorum composuit in quibus facile probatur, quam elegans, et candidum sit eius carmen; Ut eiusmodi caloribus descripserit, ut Latinos omnes uideatur superasse tum affectibus exprimendis, tum et elegantia, et suauitate ingenij quod ipsum etiam Fabius Quintilianus ad Marcellum Victorium ostendit cum Poetam Tibullum, et elegantem in primis, et tersum existimavit. Et hęc de Tibullo ex Petro Crinito sufficiant.

Quoniam uero de Scriptoribus Elegiarum cepimus dicere subnectam tres alios, qui eo carminis genere prestiterunt, ex grege multorum quorum ope:

opera edax rerum tempus nobis inuidit. Ut vero Chronologiæ ordinem prosequamur Tibullum consequitur Cornelius Gallus quem ex aliorum laudatione magis quam in operibus dignoscimus cum eorum reliquiæ tantum ad ætatem nostram deuenerint. Eo vero magis Gallum probabunt auditores mei, quo fuisse illum dicunt aliqui Patria Foroiuliensem; Nemo vero popularem suum non amet ubi saltem ætas iam antecacta inuidiæ fomitem omnem extinxerit, quæ tanta esse solet inter coeuos. Addunt fuisse is bonis artibus eruditus, fortuna tamen tenui, pereque infima. At parum obfuit superstite Augusto fortunæ tenuitas magnis ingenijs is enim Cæsar in litteras promouendas ubique intentus, in litteratos homines tantum beneficentiæ exercebat, ut nec Poetæ nec Oratores modo illi inotescerent de paupertate sua queri non possent, cum pauper esse desineret, quicumque se litterarum census non impotem apperiret.

Su=

Studio igit, et fauore Octauij Augusti ad Præfecturæ gradum ascendit Gallus, et in dies nobilior factus est. Scripsit Elegiarum libros in quibus magnopere illius ingenium, et elegantia comendatur, licet Fabius Quintilianus duriorem illum fuisse dicat, quod et mihi legenti eius carminum reliquias suadetur. Seruius Gramaticus sic de Gallo scribit: Gallus Euphorionem Poetam in latinum sermonem transtulit, et amorum suorum de Cytheride libros quatuor composuit in amicis Octauij Cesaris primo receptus est, deinde cum in suspitionem uenisset quod in eum coniurasset occisus est.

Publius Uirgilius in paucis Gallum dilexit quod extrema Eglogæ abundè testatur, qua illum poeticè consolatur ob desiderium Cytheridis propemodum ad insaniam ductum eumdem amorem in Gallum testatur Mantuanus Egloga sexta ubi Sileni cantum referens hæc subdit prope finem de Gallo.

Tu

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes, ut duxerit una sororum,
Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Ut Linus hæc illi divino carmine Pastor
dixerit hos tibi dant calamos en accipe Musæ
Ascræo quos ante seni quibus ille solebat
cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur Origo,
Ne quis sit lucus quo plus se iactet Appollo.

Uberius autem amorem suum commendasse dicitur idem Virgilius cum quartum georgicorum librum à medio usque ad finem Galli laudibus cumulasset, quos postea præcipiente Augusto in Aristæi fabulam comutavit. Cytheridem meretricem, quam adeo deperiisse fertur appellavit Lycoridem unde illud vulgatum.

Gallus et Hesperiis, et Gallus notus Eois
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

Sentiunt aliqui Gallum ab Augusto principe Ægypto præfectum Thebarum Urbem, quæ nulla ea

eti

etate maior exhausisse, uocatumque in ius furti ac populatæ provinciæ, et indignationem nobilium uerita ferro incubuisse. Dissensit in hac re Suetonius in Octavio; Ubi scribit ob ingratum et maleuolum animum Domo, et Provincijs Gallo Cesarem interdixisse. Preterea eundem Augustum illacrymantem uicem suam doluisse, quod amicis non liceret quatenus uellet irasci. Crinito si credimus nihil huius Galli superest. Quem Crinitum audi Leguntur inquit etate nostra elegiarum libri sub nomine Cornelij Galli, qua in re facile est imponere imperitis hominibus. Qui autem paulo diligentius antiquitatem obseruarunt, nihil minus censebunt, quam ut hæc referenda sit ad Poetam Gallum.

Sed esset in limine Propertius qui orationem nostram expectat imo se tandiu differri conqueritur.

Propertius inquit Scaliger senior, facilis candidus uero Elegiacus; tersior tamen quam existimatus est à Criticis, nam et amat quedam quæ minime sunt uulgaria, et quibusdam

locis

locis Paucorum iuditium secutus est idest. Itam et principium operis tam elegans est tum compositum. In primo tamen libro aparet ambitio quedam claudendi pentametrum uocabulis multis sylabis, qui nullior iudicatus est etiam iambicis. Pene igitur conquisisse atque corogasse uoces existimat; quibus obnoxias efficeret sententias id quod manifestius dephendit ad calumniam constituendam, quod in sequentibus libris aliter instituit: Quasi deffecerit eiusmodi materia ut forte castigatus, uel ab amico, uel a seculi iuditio elimatiore, quod iam probarat, id Ouidium, et Tibullum frequentius alterum utantes bisylabis, alterum longis illis pene nunquam, secutus uero Corinne consilium est, quod illa Pindaro dederat, ne sine fabulis Poemata conderent essenadque cas illorum animam, inculcat igitur quantum potest. Ceterum cum ea omnia iam sint uulgata, nostrum poetam uehementer tum ab ipsis,

tum

aut ab ignotis abstinere iubeo, nam quemadmodum in illis nulla gratia, ita in his etiam odium subesse arbitror, pro his igitur sententiæ sunt dulces, succulentæ non languidæ non affectatæ non nimis frequentes.

Omnes propemodum Propertij Elegiæ (nec præter elegias aliquid scripsit, quod saltem ad ætatem nostram peruenerit) amatoriæ sunt, proinde in amorum exemplar accipitur ab Ouidio idem Propertium Elegia prima libro quinto de tristibus

Delicias si quis lasciuasque carmina quærit
Præmoneo nunquam scripta, quod ista legat.
Aptior huic Gallus blandique Propertius oris etc.

et eadem amatorij carminis argumenta testatur Elegia ultima libro quarto.

Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.

Ex græcis imitatus est Callimacum, quod adeo ipse probat, ut se Romanum Callimacum appellauerit.

Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris
Umbria Romani Patria Calimachi.

Cum in elegijs, ut inquit Plinius, foret, egregius atque præcipuus Propertius libros quatuor Elegiarum composuit, in quibus fere suos collores, et hostiæ laudem ac formam celebravit. Nam in Puellam hostiam miro quidem affectu exarsit. Quam mutato nomine, ut est Auctor Lucius Apuleius Cynthiam appellare maluit. Hinc Appollinaris Sidonius ad Hesperium scribit. Meminisse debes quod sepe uersum Corrina cum suo Nasone complexit, Lesbia cum Catullo, Cesenna cum Getulico Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Plurimum tribuit Propertij ingenio Valerius Martialis, ut eo maxime loco probauit, quo Galli Licorim, Tibulli Nemesim, et Catulli Lesbiam celebrat inquit enim.

Cynthia facundi carmen iuuenile Properti
Accepit famam nec minus ipsa dedit.

Sed enim loquar cum Scaligero, ad eum perue=

ueniemus locũ in quo et ingenij magnitudo et acumen iuditij exercenda sunt. Quis n. de Ouidio satis digne dicere possit; nedum ut eũ audeat reprehendere Elegiographorũ Antesignanus is dici potest si non modo numerũ, quo cęteros longe pcęluit, sed etiã elegantiã, et dicendi facilitatẽ spectamus. Poesim pene congenitã habuisse putandus est, ut ipse ait, uel nolens carmina scriberet nec aduci posset, ut solutã orationẽ effingeret ipsũ audire ne dedignemini, ubi uitę suę seriẽ explicat.

Frater ad eloquiũ uiridi tendebat ab ęuo,
Fortia uerbosi natus ad arma fori.
At mihi iã puero, cęlestia sacra placebant,
Inq; suũ furtĩ musa trahebat opus.
Sępe pater dixit studiũ qd inutile tentas?
Męonides nullas ipse reliquit opes
Motus erã dictis totoq; Helicone relicto,
Scribere conabar uerba soluta modis.

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos
Et quod tentabam scribere versus erat.

antequam in exilium actus esset scripsit libros fastorum sex in quibus mira eruditio, doctrina uber, et quantum Elegia patitur carminis ingens sublimitas. Addidit Heroidum epistolas, quibus nihil cultius fingi potest. Scripsit tres amorum libros totidem de arte amandi uno minus de remedio amoris, et nonnullas de rebus alijs Elegias. Exametro vero scripsit admirabile poema Metamorphoseon. Medeam addunt alij tragico carmine, et fortasse iambico scriptam, sed hanc nobis tempus invidit. Metros alios præter exametrum, et pentametrum contemsit. Arbitror tamen in alijs etiam excellere potuisse, si alios tentasset. Quamobrem jussu Cesaris exulaverit incompertum est, quamvis alij alias causas attulerint. Duas ex eius querelis in libris tristium, et de ponto utique sparsis

elici

elici posse nonnulli sentiunt, nimirum quod libros amorum scripsisset idcircò Cesaris auribus iniundus, et quod quidpiam inspexisset domi eiusdem Cesaris, quamobrem is iratus exilio multauerit.

Cur nimium uidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?

ait ipse secundo tristium; sed has aliasque omnes causas refellit Aldus Manutius, ubi uitam poetæ huius scribit. Sed inquit Aldus quidnam illud fuerit cum sciri ipse noluerit, ne quidquam quærimus. presertim cum me queratur, sic ipse iubeat

Cetera fac taceas peccatum quærere noli,
Ut pateat sola culpa sub arte mea.

Sed de Elegiographis hactenus; Elegiaci carminis character me quidem iudice humilis est; proinde non bene ij faciunt, qui hoc numero res grandiores prosequi se posse confidunt. Adstipulatur Ovidius secundo fastorum, qui cum grauiora illud aggrederetur ait.

Dess:

Defficit ingenium maioraque uiribus urgent
Haec mihi praecipuo est ore canenda dies.
Quid uolui demens elegis imponere tantum,
Ponderis? heroici res erat ista pedis.

unum moneo meos auditores, quos nihil ex iis, quae dicerim (si qua didisci) celari uelim, id praecipue spectandum esse ad roborandam elegiaci carminis firmitatem, ut quando res patitur, duo sint in exametro membra, quandoque etiam in pentametro. Alias necesse erit multiplicem appositum, et substantiuo cuilibet annectum, quod ut facilitatem habet, ita etiam leue, et exile est, et idonea ad implendas aures grauitate caret, id etiam obseruandum, quantum fieri potes in Epigrammate, de quo mox dicemus.

Caput Quintum
De Epigrammate

Epigrammam Graecis idem est ac latinis inscriptio; quamobrem cur ea uox breuibus tantum poematis propria facta sit quaerit Scaliger, cum

om:

omnium non solum poematum, sed etiam librorum extant inscriptiones. An, inquit, propter ipsam breuitatem, quasi nihil esset propter ipsam inscriptionem: An quae statuis, tropheis, imaginibus, pro elogijs inscribebantur, ea primo, ueroque significatu Epigrammata sunt appellata? ac sane ita est, ut ipsum poema sit statuae inscriptio. Ubi uero in librum transfertur e contrario fit ipsa enim statua inscriptio est Epigrammatis. Haud sane statua ipsa sed statuae siue imaginis imago &c. Paulo post definit Epigramma: Epigramma est Poema breue cum simplici cuiuspiam rei, uel personae, uel facti indicatione aut ea propositis aliquid deducens. Haec definitio, subdit, complectitur etiam diuisionem ne quis damnet prolixitatem.

Epigrammatum igitur aliud est simplex rei indicatio. Sic appellavimus Epigramma illud Virgilij, ubi positis tropheis addidit

Eneas haec de Danais uictoribus arma.

cuiusmodi etiam est illud Ouidij secundo Me-ta

Metamorphoseon ad tumulum Phaetontis.

Hic situs est Phaeton currus auriga Paterni
Et si non tenuit magnis tamen excidit ausis.
aliud est compositum, quod deducit ex propositis
aliud quiddam, id aut maius, aut minus, aut
equale, aut diversum, aut contrarium. Et id uere
nomen ac pretium epigrammatis sibi conciliat pe-
nes hominum estimationem. Id quod deducitur
appellari solet conclusio. Maius deducitur ex
primo Martialis, uti rebus terrarum mirabi-
litar recensitis, qualia fuere Pyramides
Egyptie, Babylonis menia, Templum Diane
Ephesine, Ara Appolinis in Delo, quam Cera-
tinom Bomom dicunt, que tantum ex dex-
tris cornibus siue glutino ullo aut uinculo co-
acmentata compactaque fuerat, Mausoleum
in Caria ex his deducit Amphitheatrum Ce-
saris fuisse quid Maius, et augustius. Quod
ait Scaliger deduci minus puto ita esse in-
telligendum, ut id quod est maius sit etiam minus,
idest

idest si Amphitheatrum Cesaris est maius quam ea omnia opificia, que miracula sunt a ueteribus appellata, et credita, porro deducis ea omnia fuisse minora. Alioquin nescio quo pacto uel in laudatione, uel uituperatione, quid minus ex propositis educas quod auribus sapiat, casue blando morsu uellicet. Equate quid deduxit Martialis, et historia suis, ex cuius facte in Amphitheatro uulneribus partus exilijt. Sic enim concludit:

Quis negat esse satum materno funere Bacchum
Sic genitum numen credita nata fera est.

diuersum deduxisse Martialis dici potest cum postquam annumerauerit operibus Enee Patrem Anchisem sublatum in humeros, et Iulijs deflagrantis incendio ereptum comparat cum eo Neronem, usus ingeniosissima equiuocatione uerbi sustulit, quod habet duplicem significationem, et significat tam in humeros efferre quam interficere.

Quis neget Enee genitum de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrē, sustulit ille Patrē.

Breuitas propriū quiddā est, argutia anima ac quasi forma, quare minus bene aliqui Epigramma dicunt esse maioris Poematis partē. Nec breuitas est definita, cū alia Epigramata duplici tantū carmine concludant, quę uocamus dystica; Et monistica etiā sint apud Martialē, nēpe uno tantū uersu absoluta. Alia tū apud Martialem eudē quā apud alios multos, in plura carmina extendant; uidelicet ad tresdecim dystica Martialis alicubi epigramma producit, ut est uidere in eius opere. Sed cū id perraro contingat credendū est uix sex dystica in epigramate protrahenda cū id ab Elegia non modo argum.to, et charactere, sed etiā quantitate differre debeat. Recipit autē omne genus carminis Epigramā nimirū dramaticū narratiuū, et mixtū ex utroq;. Naratiua sunt pleraq; Epigramata Martialis; nec

nec modo memini ullius, quod sit dramaticum
nisi ubi Epitaphium alicuius describit, et is
inducit; id vero non est dramaticum nec dialo=
gicum, sed unius tantum oratione absolvit. At
dramatica habet apud Ausonium multa, plura
vero in Emblematis Alciati. Mixta habent
omnes quicumque Epigramata scripserint. Mixta
voca, in quibus precedit narratio sequitur dia=
logus, quale est illud Ausonij Lepidissimum,
et magnae argutiae plenum:

Armatam vidit Venerem Lacedemone Pallas
Nunc vertamus ait iudice vel Paride.
Cui Venus: armatam tu me temeraria temnis?
Quae quo te vici tempore nuda fui.

Exemplum dramati Pallas in eodem Ausonio,
ubi inducit quempiam interrogantem Pythagoram
de Marco Pullaxio.

Pythagora Euphorbi, reperas qui semina rerum
Corporibusque novis das reduces animas
Dic quid erit Marcus iam fata novissima functus,
Si

Si redeat uitam rursus in aeream!

Quis Marcus? Aelles nuper Puttaria dictus
Corrupit totum qui puerile decus. &c.

Cetera ego non recito quandoquidem, obscenitatem nimiam redolent, proinde castis auribus minime placitura.

Epigrammatum autem genera tot sunt quot rerum tot uersuum generibus explicatur; quot sunt uerum genera, tot uerbis uerborumque generibus, speciebus, formis, figuris, modis componuntur quot sunt in quocumque linguae, nationis, populi, gentis ambitu genera, species, formae figurae, modi uerborum; quin etiam non solum noua licet fingere uerum etiam solecissimos, aliquando aut barbarismos admitare, nouitas illa uel inofensa, uel interdum distorta excitat, uel risum uel admirationem. Talia non pauca apud Martialem, ut non est uitiosus Zoile sed uitium. Neque abstractum mediatur, quare in Dialetica, et Metaphisica, hic est solecismus quod argutius

simul

simul et distortius in lingua latina non est bonus sed optimus malorum

Epigramatis duæ uirtutes peculiares uidelicet breuitas, et argutia. Argutia prævalet omnibus Martialis, quam alij non semper aut aut assecuti ipse nusquam amisit.

Tot epigramatum genera quot causarum iudicialis specie complectuntur Apologeticum ut illud Catulli.

Lesbia mi semper dicit male, et illud,

Irascere iterum meis iambicis.

Suasoria sunt in secundo genere in quo amatoria, et quibus aliquid petimus, ut illud Catulli:

Viuamus mea Lesbia, atque amemus
Soles occidere, et redire possunt
Nobis cum semel occidit breuis lux
Nox est perpetua una dormienda.

Tertium genus est laudis uel uituperationis in genere demonstratiuo, sub quo continentur Epitaphia, Elogia.

Prætarea sunt amatoria, quæ necesse est, sint

sint candida, culta, tersa, mollia, affectuum plena. Interdum arguta in fine interdum deficientia, et mutila. Maxima n. amantis sapientia amentia est; quod depictum dabis in defectionibus sententiarum aut repetitionibus. Multa desideriij, multa cogitationum expressio. Quaedam Epigrammata sunt mollia tenera laxa affectus in se amatoris continentia, quorum efficatia est, non esse efficatia, sed nequam [illegible] totus actus se se in languorem dat, qualia multa Catullus habet. Alia contra [illegible], vegeta, acria qualia quam plurima Martialis; horum ideae quatuor. Una in qua faeditas est, qua pluribus cum legentium nausea scatit ipse Martialis. Altera in qua sal amarulenta ex specie obiurgatoria, obtrectatrix, maledica diversus olens; quam tamen exercere licet bono viro modo fiat sine oprobrijs, et conuitia sint ciuilia ad malos mores detestandos. Mordacis generis, et sine maledicto carpentis illud exemplo est quem Grecia, et Pontus in Liguria genuere, hic bonus esse potest? Habet illud in quo sine morda=

dacitate risum captas ex Martiali libro tertio ubi musam interogat, quid agat Canius Rufus. Posquam vero quæ non ageret multa recensuit, absoluit tandem.

Vis scire quid agat Canius tuus? ridet

Preter hæc forma quedam, quam sibi instantam appellat confectam, densam, multiplicem; quoties singula queque dystica talia sunt ut in sententiæ exitum desinere uideantur. Hæc narrationem non admittunt, et multi ingenij sunt, et artis non modicæ. talem est illud Tetrasticon Martialis quod tamen alij diuidunt.

Sit Cisterna mihi, quam uinea malo Rauenæ
Cum multo possim uendere pluris aquam.
Callidus imposuit nuper mihi, caupo Rauenæ
Cum peterem mixtum uendidit ille merum.

utrumque dysticon huiusmodi est, ut separari possit, et retineri sententiam. His fortasse non propter elegantiam, sed ratione formæ annumerari potest unum ex epigramatibus nostris de Lucretia Patauina, quæ ob pulchritudinem solicitata pudori mortem posthabuit.

Forma

Forma verecundo semper malefida pudori,
Hoc magis infesta est, quo speciosa magis.
Est semper formosa suo Lucretia semper
Casta malo: infausti nominis omen habet
Sive habitet Romam, seu claram Antenoris urbem,
Semper Tarquinios est habitura suos.

superest tetrasticon, quod cum habeat comparationem in solo ultimo pentametro sententiam claudit.

Est etiam species quedam nobilis, et generosa scita quadam equalitate plena, ut sit venusta cum gravitate, et cum lenitate acumen; numerus quasi natus ibi non illatus aliunde, aut affectatus ambitiose, et animum auditoris, sive eius qui legit, ad extremum usque suspendat; qua sententia recepta sit satis; nec in eo quidquam praeterea quaerat. tale est illius, quem podraga vexabat.

Heus utrum eligimus? si non nisi Dente podagra,
Dente famis dirae discruciata perit.
Ah nequeam nisi sic finire dolore dolorem!
Atque parum finem tollere fine mali!

Heu

Heu macie informi larvata heu tabe perorem,
Et fumus plusquam fuerre fluens.
O vitam invitam, o incomoda comoda; lux nox,
Si ne aliquid fias cogeris esse nihil.

Multorum opera qui scripsere Epigramata perierunt, ut patet ex Petro Crinito qui multos enumerat nobis non in suis sed in alienis scriptionibus notos. Laudat ipse, et laudem sumpsit ex noctibus Atticis Auli Gellii Quintum Catulum huius duo recitat Epigrammata quorum alterum in admiratione fuisse videtur eidem a Gellio; neque illud piget inserere.

Aufugit mi animus: credo, ut solet ad Theotimum
Devenit: sic est, perfugium illud habet.
Quid si non interdixim ne illum fugitivum
Mitteret ad se ultro sed magis eiiceret!
Ibimus quesitum: verum ne ipsi teneamur
Formido: quid agam! da Venus consilium.

Ex iis auctoribus quorum opera superant tres poesim in admiratione sunt. Catullus nimirum Martialis, et Ausonius. De priore diximus supra in Elegia; De al-

altaro iuuat nonnullorum fane inditum, qui illud inurbane an scite nescio improbauere.

Quo illud conuitio uerberauerit Muretus superius indicauit; nec partius eidem iratus est Andreas Naugerius Venetus, qui seculo superiore inter humaniorum litterarum proceres floruit. Hic inquit Flaminius libro secundo prolusione quinta solemne id habebat in illud (Valerium Martialem) aliquanto petulantius iocari, et enim natali suo accitis ad geniale epulum amicis postquam prolixe de Poeticae laudibus super mensam disputauerant ostensurum se aiebat a sera quo tandem modo laudari Poesim deceret. Mox afferri iubebat Martialis uolumen (hec erat mensae appendix), atque igni propior factus illustri conflagratione absumendum flamis imponebat; addebatque eo incendio litare se Musis manibusque Virgilij cuius imitatorem, cultoremque praestare se melius haud posset, quam si uilia Poetarum capita per undas insecutus, ac flamas perpetuo perdidisset.

Credo

Credo damnabat in Martiali stylū non omnino Romanū, quippe auctor Cordubensis non ea potuit castitate Latini sermonis excellere, qua Celū Italū induit. Cęterū Martialis videtr eā Naugerij aliorꝫ censurā minime meritus, qui epigrammatū multiplicitate, et inter eā potuit plurimorꝫ accumine non grecos modo, sed Latinos universos vicit, à nullo impostarū, ut adhuc patet vincendus.

Malè reprehendisset Naugerus, aut quicunq. alius censor in Martiali obscęnitatē quorundā Epigramatū, quę sane emendaturis ignitꝫ danda fuissent, ut Veneris turpitudinē Vulcanus ulcisceretꝫ; fuit enim in huiusmodi sordibꝫ imodicus hic poeta, et vicit non modo castitatē sed patientiā. Cęterū elegantia illi non defuit, accumina posto ubiq. fuere, et in eo canendi genere quęsita palma.

Pauca scripsit sed lepidissima Epigramata Ausonius, fuit hic genere Gallus, Patria Burdegalensis, ut ipse testatꝫ hoc distico.

Bur=

Burdegalia est mihi natale solū
Ubi mitis est cęli clementia.

vixit imperantibꝫ Valentino, et Valentiniano Augusti quibꝫ magnopere acceptus tradit ob ingeniū atq; elegantē doctrinā. Sed longe notilior factus est sub Gratiano Cesare quē in latinis litteris atq; honestis disciplinis magna diligentia erudivit ejus mores, et doctrinā abunde testatus est. Valentiniano cū ex tot hominibꝫ, et seculo eruditissimis illū unū delegerit, qui Gratianum filiū erudiret. Sed testis me quidē judice locupletior accessit, Gratianus discipulus qui santissimis imbutus moribꝫ, et Christianā pietatē supra cęteros Cesares professus laudē modicā in preceptorē refudit. Id confirmatū est Galli Ausonij Consulatū, quē eiusdē Gratiani patrocinio suffragijs honestissimis adaptus est. Ut abunde percipibꝫ ex illa notili gratiarꝫ actione, qua imperatori optimo, et discipulo humanissimo gratulatꝫ. Permulta composuit, et soluta

orā=

oratione, et carmine. Librum Epigramatum magna ex parte à grecis Poetis acceptum in latinos numeros uertit magna elegantia, pariq; ingenio. Fuit enim grecè ac latine peritissimus. Insuper de ijs urbibus scripsit, que nobiliores atq; clariores habent uario et multiplici genere carminum, quod Poema preter pauca quedam fragmenta totum desideratur; neq; ab amoribus ipse abfuit quamuis esset Christianus, nam puellam nomine Bissulam multis carminibus celebrauit, egregiam illius formam, singularem uenustatem admiratus. Adeo uisa est sed. per sine amoribus poesis esse non posse, et pauci castitatem Daphnidis imitati sunt qui lauro in quam ipsa migrauerit coronatur.

Periere cum magno reipublice litterarie detrimento fastorum libri opus magni laboris, ac multarum uigiliarum, eos .n. ab Urbis Romane principijs exorsus, continuato ordine ad consulatum usq; suum perduxisse dicitur; Ut ij uersus testes sunt ad Proculum.

Urbis ab æterno deductam rege Quirino
Annorum seriem cum Procule accipies.
Mille annos centum, et bis fluxisse novenos,
Consulis Ausonii nomen ad usque leges.
Fors erit, ut lustrum, cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet Olympiadem.

nescio an in tertio carmine mendum sit, an vero licentia, cum facta Elisione in ultima syllaba, centum pes deficit. Poteram facile corrigere, sed veritus censuram abstinui. Et hæc satis de scriptoribus Epigrammatum ceterorum antesignanis. Nam si velim eorum nomina persequi, ad quos ex hoc carminum genere gloria, eaque non modica damnavit vix pagina ulla sufficiet. Quo etiam nostro multi in hac poeseos gloria claruere, et imposterum non pauci clarescent donec tandem litteras modus excipiet, quæ ipsæ etiam post homines natæ, cum hominibus interibunt. Sicuti vero vernaculum idioma ad imitationem latini quod et ipsi latio factum est peregrinum heroicum

car=

carmen obtinuit, odas et alia genera scripti=
onis poeticę ita quoq; recepit carmen eiusdē
cū epigramate brevitatis, et si bene scribat
concinitatis, quod vulgo dicit Il Sonetto: id
perquā difficile est, et si cuius est capax ele=
gantiā habeat studiū eruditarū aurium sibi
conciliet, nec exiguū decus suis auctoribus
comparat Quia vero id nemini non comper=
tū nostra oratione non indiget.

Characterē Epigrama recipit iuxta ma=
teriā; itaq; cū materiā nanscisciē gravē in
gravē characterē potest assurgere; si humilē,
in humilē continet; et in medio etiā consistit
si huiusmodi materia se illi offerat. Agnosco
sublimē characterē in ijs Epigramatibus Marti=
alis quę ad Domitianū Cęsarē dirigunt. Pręcipue
ubi eius virtutē bellicā laudat, ubi
vero adulat, vel pecuniā poscit in humilē
quoq; characterē deprimit. ~

Pars

Pars Tertia

De Poemate Heroico

Venimus tandem ad summum Poeticæ facultatis verticem, et quasi per gradus euntes ascendimus ad fastigium. An mereantur poetæ nomen qui Satyras, qui Elegias, qui Epigrammata scribunt, adhuc est in ancipiti apud Criticos. In omnium confessione is est Poeta, qui Heroicum, et Poema Epicum scripserit, modo prescriptas leges non violet. Alij tandem cum addito ut ita loquar appellant Poetæ nimirum Satyrographi, Lyrici, et alij id genus, poetas simpliciter appellamus quos Epica Laurus coronat. De eo igitur poemate flagitij instar esset si penitus taceremus. Hinc quantum per angustiam temporis licebit, dicemus aliqua pleniorem disertationem in commodius tempus sepositum.

Caput Primum

De materia Poematis Epici.

Consensus omnium fere Poetarum obtinuit, ut

ut Epicę poeseos Materia propria uideatur bella nec quispiam hactenus cecinit de quo non ambigatur à Poeta dici debeat, qui bellum quoque aliquod non cecinerit. Videtur id Poemati cum historia commune, et propemodum indiuisum, ut utrique materiam bella suppeditant; neque enim Epicorum senatum omnes recipiunt Lucretium, et Manilium, apud Latinos Hesiodum, atque Aratum apud Grecos qui exametro carmine phisicas, et Astronomicas disciplinas complexi sunt. Qui uero in omni idiomate ab uniuersorum consensu poetę nomen impetrauere ab ijs cantata sunt bella, ut patet exemplo Homeri, et Quinti Calabri, Ennij, Virgilij, Silij Italici, Papinij Statij, et aliorum id huiusmodi. De Lucano dubitatum est aliquandiu, est ab aliquibus an ille inter Poetas, an inter historicos, an tandem inter oratores sit recensendus. Sed ut superius uidimus hęc dubitatio uidetur iam omnino diluta, cum plerique literatorum inter Poetas eundem Lucanum re:

recipiant. Qui tardē uernaculo idiomate scri=
psere Lodouicus Ariostus, et Torquatus Tassus
inter Hetruscos uterq; summus alter Homero
similis alter Virgilio bella, et ij cecinerunt.
Neq; tamen negauerim amores etiā posse Epi=
ci Poematis esse materiā, uel alia que rē
bellica non contineant. Alioquin eximendi
essent a numero poetarū Ouidius qui scri=
psit Libros Metamorphoseon, quib; nihil iucun=
dius sapientū palato potest accidere, et Ioan=
nes Baptista Marinus, cuius est opus Ado=
nis, elegans illud quidē sed adeo oscenū ut eius
lectionē sub pena anathematis interdixerint quib;
id onus incumbit ne uulgent, aut uulgata legant
opera, unde uel heresim, uel prauos mores meri=
to timeat lector. Claudianus multa scripsit stylo
magis culto, quā grandi, et floridū ingenium
ubiq; confirmat. An inter poetas Epicos sit ad=
mitendus mihi incompertū. Poeta ab omnibus
dicit; et plura finit poetice, nec Panagirici adeo=

uari=

veritatem sequuntur, quia fabulas multas admittant.

Caput Secundum.

Qualis esse debeat materia Poematis Epici; An ficta omnino sit admittenda

Triplici veluti via, potest incedere Poeta Epicus. Prima est si bellum aliquod canendum suscipiat, quod vere gestum fuerit substantia operis penitus immutata, adeoque in eius contextu fabulam nullam recipiat. Hanc viam essit Lucanus in pharsalia, quae bellum civile inter Pompeium et Caesarem eo quo gestum est ordine continet, iisdem retentis bellatorum nominibus, locoque eodem retento. Altera est; si bellum quidem verum assumant in materiam Poematis, ita tamen ut ordo invertatur et mutata nomina eorum qui bellum gessera, et mutimutant nomina eorum qui bellum gessera, et multa omnino fingant. Hac via incessera quicunque nomen sibi summum inter poetas adepti sunt: cecinit Troianum bellum Homerus, quod historicorum omnium consensu peractum est, et fuit eius

eius belli causa Helenę raptus declamatorem agnoscimus in Dione Chrisostimo, qui si minus bellum idem negauit, conatus est tamen euincere Troiam minime à grecis fuisse captum ceterum scriptores alij de bello Troiano, deq. illius Asię tunc temporis Metropolis uastatione conueniant. Ordinem belli omnino finxit Homerus, decenalem obsidionem, ligneum equum, unde militenus miles prodiderit, iratum Grecis Apollinem ob ereptam Chrisseidem, concilia Deorum, qua Grecis qua Troianis opitulantium uulneratos Martem, et Uenerem aliaq. id genus innumera quę facundissimo Smyrnei Uatis ingenio accepta deferrimus. In Odyssea quoq. fabulosior fuit. Quo pacto enim cum ueritate coheveat decenium in reditu consumptum esse ab Ulysse, quando uix sexcenta passum millia Ithaca distet a Troia; praterea Cyclopes mononoculi, Lestrigonum populi, Sirenes, et eggi decepta lotos, quę degustantibus obliuionem induceret Circes, ueneficiis hospitium,

mutati

mutati in brutas animantes Ulyssis socij, eiusdem dessensus ad inferos, Calypsæ Nimphæ consuetudo, naufragium unius ope tabulæ per longum maris tractum euitatum, et cetera, quamplurima, nullibi fere extra cogitationem Homeri. Uerum fortasse fuit repetitam ab Ulysse patriam Ithacam post diuturnam, ac difficilem maris iactationem, et de popularibus, qui Penelopes pudicitiam tentassent sumptum supplicium.

Suplevit Homeri Poema Quintus Calaber cum enim in Hectoris cæde illud exisset, belli seriem per espugnatum Ilium ad profectionem Græcorum duodecimis libris complexus est Calaber fabulosisque inuentis historiam ita contexuit, ut uera quidem facta narrauerit, sed plurima figmenta superinducens se, et ipsa Poetam probavit.

Materiam Æneadis Maronianæ habes apud Liuium in limine primi libri Decadis primæ. Æneam (inquit Liuius post narrationem profectionis Ante=

Antenoris, et in Euganeos campos accessum ab
simili clade domo profugum, sed ad maiora rerum
initia, ducentibus fatis, primo in Macedoniam
venisse, inde in Siciliam querentem sedes delatum.
ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse.
Troia et huic nomen est: Ubi egressi Troiani,
ut quibus ab imenso prope errore nihil præter
arma, et naues superesset, cum prædam ex agris
agerent, Latinus Rex Aboriginesque, qui tum
ea tenebant loca, ad arcendam vim adue-
narum, armati ex urbe atque agris concurrunt.
Duplex exinde fama est alii prælio victum Lati-
num pacem cum Enea, deinde affinitatem iunxisse
tradunt. Alii cum instructæ acies constitissent
priusquam signa canerent processisse Latinum
inter primores, ducemque aduenarum aduocasse ad
colloquium: percunctatum deinde, qui mortales
essent, unde aut quo casu profecti domo, quidue
querentes in agrum Laurentem exissent: Post-
quam audierit multitudinem Troianos esse ducem
Enea

Æneam filium Anchisæ et Veneris cremata Patria, et domo profugos, sedem condendæque urbi locum quærere, et nobilitatem admiratus gentis virique et animum vel bello, vel paci paratum, dextera data fidem futuræ amicitiæ sanxisse. Inde fœdus ictum inter duces inter exercitus salutationem factam. Æneam apud Latinum fuisse in hospitio: ibi Latinum apud Penates Deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia Æneæ in matrimonium data; ea res utique Troiani spem affirmat tandem stabili, certaque sede finiendi errores. Oppidum condunt Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat; brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. Bello deinde Aborigines, Troianique simul petiti. Turnus Rex Rutulorum cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægre patiens simul Æneæ Latinoque intulerat. Neutra acies læta ex eo certamine abijt victi Rutuli; vi- cto-

victores Aborigines Troianiq; duce Latinũ amisere. Inde Turnus, Rutuliq; diffisi reb; ad Florentes Hetruscoꝝ opes Mezentiũq; eorũ Regẽ confugiunt, qui Cære opulento tũ oppido imperitans, iã inde ab initio minime lætus novæ originẽ Urbis, et tũ nimio plusquã satis tutũ esset accolis rẽ Troianã crescerẽ ratus haud gravatim socia arma Rutulis iunxit Æneas aduersus tanti belli terrorẽ, ut animos Aboriginũ sibi conciliaret, ne sub eodẽ iure solũ sẽd etiã nomine omnes essent, latinos utramq; gentẽ appellauit. Nec deinde Aborigines Troianis studio, ac fide erga regẽ Æneã cessere. fretusq; his animis coalescentiũ in dies magis duoꝝ populoꝝ Æneas, quãquã tanta opib; Hetruria erat, ut iã non terras solũ, sed mare, etiã per totã Italiæ longitudinẽ ab alpibus ad fretũ Siculũ famã nominis sui impleuit, tamen cũ mœnib; bellũ propulsare posset in aciẽ copias eduxit. Secundũ inde prœliũ latinis, Æneæ etiã ultimũ operũ mortaliũ fuit.

Argu=

Argumentum Virgilianæ Æneidos ex historia Livij totum accepistis. Quæcumque illi sunt superaddita Poetico ingenio accepta sunt referenda; Omnino ficti sunt amores in quarto libro cum Carthaginem nondum conditam Æneas videre nequiverit, neque amari à Didone, quam uno saltem seculo antevenit. Ludi in Quinto, furor mulierum, incensio Navium, Palinuri naufragium, nullam, et hæc habent affinitatem cum vero, nisi quod verisimilia sunt ac proinde idonea poeseos materia. Sextus vero liber in quem poesis Æneæ contemplativa videtur desinere solas fabulas, et meras nugas continet cum inferos describebat ad eum omnino modum quo eosdem imaginabatur antiquitas divinitus haud quaquam illustrata, sed solo naturalis luminis ductu ad rerum investigationem provectat. Perspicite a septimo ad duodecimum librum, quibus bella vera nimirum poematis materiam Maro complectitur, et quid fabularum veritati permixtum sit aburda docetimini. Fabulosa sunt vulnera, quibus Laviniæ cer:

cervus exceptus tumultuariã rixã primo, bellũ deinde iustũ inter pastores regios, et Troianos acies excitavere. Ficta à Poeta Iunonis indignatio, profectio ad Thesiphonẽ, et eadem Thesipho ab inferis advocata ad incendendũ Turnũ dormientẽ, legationes ad Diomedẽ, et fortasse etiã fœdra Æneæ cũ Evandro, quæ totũ ferre librũ octavũ absolvunt. Quid fabulosius Iride Iunonis nuncia Turnũ ad capiendam suadendi hostis opportunitatẽ ab Æneæ absentia? Quid Anilius navib; Æneæ in Nimphas mutatis? Dissidia inter Iunonẽ, et Venerẽ in Iovis concilio ita sunt fabulosa, ut nec pueri credant, nisi qui nondũ ære lavant. Quæ pertinent ad Camillã, et ipsa omnino sunt fabulosa, ut patet ꝯsertũ in Opi Dianæ Nimpha, quæ Camillæ cædẽ ulcisci; et ne scrupulosius promptuaria quæq; recludant belli exitus, nimirũ Monomachia Æneæ cũ Turno ficta fuit, ut pote cuius nullus historicus meminit.

Ex

Ex hoc Maroniani Poematis iudicio posset
quilibet Poema quod ueritati fabulas permixtas
habeat eleganter affabreque contexere. Et hoc aureo
filo contexuit poema suum Torquatus Tassus, cum
bellum sacrum cecinit nempe Hierosolymas uindica-
tas, quas e tyrannide Saracenorum in ditionem
suam armorumque ui transtulerunt Gallorum Principes,
cum eius expeditionis Praefectura, et summum exer-
citus Imperium esset penes Gottifredum Bullionium.
Hic uero Urbem adeptus Palestinae Metropolim pro-
creauit in regem Balduinum fratrem contentus
ipsa uictoria, quam omni regno nobiliorem obti-
nuit. Ficta sunt poemata fere omnia, et ita
euenisse necesse est, quandoquidem due de tri-
gesimo die captae Hierosolimae dicunt. Si rati-
onem poematis habeamus uix annuum spatium
sufficisse potest. Praeterea non modicam poe-
matis portionem usurpat sibi Reginaldus Atestinus,
qui sacro bello nec interfuit nec potuit inter-
fuisse cum octogesimo anno post illud bellum abso-
lutum

absolutu̅ is natus fuerit. Id tamen adeo Poetā non dedecet, ut potius in magna uirtute sit collocandum: Cu̅ enī Poetę munus sit fingere ea in poema sunt perducenda quę uere qui: dē contingerint, sed uel non eodē modo, uel diuersis temporib. uel alijs hominib. contin-gerint. Ita Maronianū Poema subtilitate contemplanti Romanorū res gestę, passiū contin-gunt, quę Poetico colore uestitę Enee uel Turno, uel Latino Regi, uel alijs quorū in Po-emate mentio contigisse feruntur. Itaq. bellū Hetruscū, quod Romanis cū Porsena habitū est uarię utriusq. belli Punici clades passim inseruntur, atq. Horatij Coclitis uirtus, qui unus ponte occupato toti Hetrurię ingruenti resis-tit, Mutij Scęuolę costantia, qui ad corrigen-dū errorē Regis non interempti flamis manū iniecit. Scipionis adhuc adolescentis animus interritus, qui Patrē Carthaginensiū manib. abstulit hoste interempto. Sicinij Dentati robu-

rud:

nem quam concussam plurasque alia personis a Virgi-
lio fictis adscribuntur, et id cum magna laude po-
eticæ facultatis. Ut enim bene Iacobus Mazzonius
in Dante propugnato advertit penes Poetam ar-
bitrium est fabricandi omnia ut aiunt Dialectici
imitaverunt substantiam nimirum personarum quantitatem
et qualitatem operis, relationes varias amicorum vel
parentum, vel affinium, ac propinquorum locorum distan-
tiam, temporis durationem, situm, et habitum. Quis ni-
in Ænea non agnoscit Augustum? Quis in Latino Rege
non contemplatur Romanos Patres, de bello vel de pa-
ce deliberantes? Homerus profecto seipsum in Demo-
doco dissimulavit, cum prandentibus Pheacibus bellum
Troianum, atque alias pugnas decantare. Nec à vero,
aut veri similitudine, abest in convivio, quo Virgilia-
num Æneam ~~excepit~~ Dido, illud epulum adumbratum, quo
Cleopatra Marcum Antonium Alexandriæ excepit Dido,
~~illud copulat~~. Et me in hac re diutius immorer tene
cum magna laude heroicus Poeta finget cum quæ
alijs evenere alijs tribuit, gentis alterius ritus, ac

leges

ac leges in aliã gentẽ traduceret, Germaniã in Italiã converet, Galliã in Siciliã, ut egregie Barclaius in Argenide, cui Sicilia Gallia est Argenis Francorũ Regni sucessio, et hæreditas Poliarchus Henricus Quartus, Radirobanes Hispaniarũ Rex Philippus secundus, adeoq̃ue vera historia simulatis nominibꝫ tecta, et rebꝫ variatis, legentiũ palato suavissime capit, ea nimirũ austeritate deterra, quã veritas ipsa vix unquã dedidicit.

Tertiũ genus poematis est, quod totũ est fabulosũ, nullamq̃ue materiæ portionẽ ab historia mutatũ. Huiusmodi est Hieronymi Garopoli poema qđ inscribitũ Aurena; id enim nullã habet cum ulla historia affinitatẽ, et totũ auctoris est opus. Et in hanc eandẽ classẽ referre possumus Adonidẽ Ioannis Baptistæ Marini, in quo Veneris Amores Adonidis ipsius mortẽ spectacula et ludos funebres, legationes numinũ ad consolandã Venerẽ complexus est Poeta omnia tamen fabulosa sunt, nec ab ulla historia pendent.

Ficti=

fictitium enim numen est Venus fictum numen Adonis, nisi fortasse Iuuenis aliquis speciosus hoc sibi nomen quesiuerit, ad quem respiciens Virgilius:

Et formosus oues ad flumina pauit Adonis

cęterum Adonis ex myrra in arborem immutata natus est, fabula ipsa fabulosior. Idem dic de Marte cuius hortatu aper Adonidem uulnerauerit, et de alijs quę toti poemati inseruntur. Quo tandem freti argumento Poema suum hic auctores defendant mihi non admodum liquet. Video passim perfugere illos ad allegoriam quam aliqui probant, aliqui cane peius, et angue aduersantur. Aio tamen nisi huiusmodi materię fictę poema ab Allegoria subsidium habeat, futurum omnino inerptum, ea omnino uerisimilitudine destitutum quam amota poematis uel ipsum nomen interijt, commendatius ergo, poematis genus, e secunda classe petendum est, nimirum, ut res quidem gesta sit materia poematis, deinde accedat fabula quę tamen

historia uetita seipsam occulet, et sub amictu poeseos agnosci uellit.

De propositionis unitate, quæ maxime spectat ad Poetam Heroicum, satis superius diximus cum de tragedia sermo esset, ita etiam de quantitate dictum est aliquid. Superest igitur, ut promissa præstantes, ad comparationem heroicorum poematum transeamus, ibi tamen parum hæsuri quandoquidem absolutus jam litterarius annus, qui duplici mense naturali minor est, in eam nos inopiam redigit, ut de re non nisi paucissima dicamus, quæ plurima postularet.

Pars Quarta
De comparatione Poematum Heroicorum.

Non est mei consilij per hunc latissimum campum adeo expatiari, ut non nisi fines adepta conquiescat oratio. Quatuor tantum Poemata ad examen et breve reuocabo, nempe Iliadem Home=

Homericam, Virgilianam Æneidem, Iuventem Lu-
douici Ariosti, et Torquati Tassi Hierosolymam.
Neque in his omnia consectabor, cum meo omniumque
aliorum labori viam obstruxerit præcepta materia, non
unus Criticus. Quod pertinet ad Homerum, et Virgi-
lium, facit satis omnium curiositati Iulius Cæsar
Scaliger in sua Poetica; Is enim utroque comparato
victoriam ita adscribit, ut vivescat in opinione om-
nium Græcus si Scaligero omnes consentiant. Unum
est in quo citra controuersia præferatur Homerus.
Fuisse nimirum illum multarum rerum inventorem, quæ
Virgilio laudem conciliant. Cum vero iuxta vulgare
dictum facile sit inventis addere, et rerum invento-
ribus totius operis laus ab Arte tribuatur, inde ha-
bet Homerus, ut anteponatur Virgilio, quod si ab
eo plura desumpserit multique nihil addiderit.
Præter Metrum. Non vacat loca omnia pervagari,
seligam nonnulla duntaxat, ad cætera suo ipsorum
ingenij ductu auditores mei viam apperient. Cele-
berrimus est universorum consensu sextus Virgilij
Liber

liber; Imo cum tota Eneis diuina appelletur iuxta illud Papinij

Nec tu diuinam Eneida tenta,
Sed longe sequere, et uestigia semper adora.

(ita enim alloquitur Thebaidem suam) peculiari iure libro sexto Diuinitas impertitur. Totum huius libri argumentum desumptum est ab undecimo Odysseae, ubi Ulysses ueneficiis edoctus à Circe non descendit ille quidem ad inferos, sed peres Letho fluuium, sibi inferos parat euocatis nimirum manibus, et cum ijsdem collocutus, ac si uere apud inferos degere. Quod Homero est Elpenor, qui paulo antea ex ebrietate interierat, est Virgilio Palinurus, qui prope Cumas classe in Italiam uelificante deciderat in mare absumptus naufragio. Non potuerant inferi Elpenori quia adhuc erat inhumatus. Denegabatur accesus Palinuro ad eosdem inferos, cuius cadauer, undis iactatum tumulum nullum adeptum fuerat. Ab Aiace Homerico dessumpta est Dido Virgiliana. Exercuerat ille simultates cum Ulysse, et habito

certa

certamine de armis Achillis Græcorum procerum consensu victus ex impatientia repulsæ sibi ipsi mortem consciuerat. Nisus est Ulysses eius umbram sibi placabilem reddere apud inferos; sed frustra; Memor enim veteris inimicitiæ nullis dictis quibuis flexanimis leniri potuit, ita et Dido ab Ænea relicta eiusdem ense sibi mortem pepperisset, ut apparet in exitu quarti libri inuenta apud inferos in Mirtea amantium sylua, nequidquam lacrymis precibusque ab Ænea tentata est, ut indignationem exueret.

Illa solo fixos oculos auersa tenebat
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Agamemnon male multatus ab Ægisto, et Clitmnestra, Deiphobo argumentum præbuit. Superadidit deinde Virgilius Campos Elisios, et animarum migrationem iuxta Platonis doctrinam, pluraque alia, quæ me quidem iudice victoria illi splendidissima supra Homerum pararunt.

In Homero ingenium maius agnoscunt Critici, Vir:

Virgilij iuditiū anteponunt. Aiunt enim peccasse Homerū in describendis moribꝫ suorū heroum, qui utiq. epulantes inducunt, et in nimiā hilaritatem cū scortis diffluentes. Licet aliqui eo nomine poetā urgent, quod eius ętate ita uixerent omnes sicut uiuere suos heroes descripsit. Virgilius vero nactus Romanorū liberalitatē et humanissima studia ad eorū exemplar, heroes suos effinxit. Habet Anilia multa Homerus, et plures fabulas, quę a veri similitudine nimis longe recedunt. Huiusmodi sunt Jupiter cū uxore non semel alijsq. Dijs rixatus. Et in somnū fraudem Junonis resolutus ne Troianis prospiceret. Venus et Mars a Diomede uulnerati, quo quidnā ineptius fingi potuit, ut nimirū cęlestia corpora ferre paterent cū soli aspectui peruia tantū effugerent? Cęterū inuentiones Homericę eę sunt ut auctoris ingeniū spectatissimū faciant. In legatione Grecorū ad Achillē leniendū iuditiū etiā maxime comendatꝫ, cū tres missi fuerint singuliq. elo:

eloquentiæ, nimirum Nestor, et Ulysses Græcæ facundiæ Principes; Phœnix vero, qui Achillem à puero erudierat summamque auctoritatem apud alumnum habiturus credebatur. Sed prolixior esset oratio si comparationem Homeri cum Virgilio tota prosequerer. In manu sunt utriusque opera, indices ubique obvij, ac facile consulendi. De poematis exitu nimirum Iliadis, et Æneidos diximus supra, et ex Ludovici Decerda suffragio victoriam Maroni dedimus.

Multis ab obitu Virgilij annis scripsit Poema Epicum Papinius Statius Neapolitanus de cuius poesi non idem est litteratorum iudicium; alij enim summis laudibus efferunt, alij in imum decidunt. Placet aliqua excerpere ex Famiani Stradæ Academia prima, quæ inter prolusiones libri secundi quintum occupat locum. Ita enim is habet. Primus se in conspectum dedit Jovianus Pontanus, satisque ostendit à se referri Papinium Statium populorem suum. Prealto ferebatur impositus equo cui non vulgaris in incessu gradus sed sonora alterno crurum explicatu numeratio &c.

cum

Cum enim absoluto Pontani carmine ad imitatio-
nem Papiniani scripto referat Summontius concesso-
rum iudicium, hæc subdit. Hæc Joviano concinente
illico veteres super Statio factiones exarsere pu-
gnaciter acclamare palam alii, ceterique forma
grande illud Sophos, ac Pube ingeminare. Istuc
esse heroica demum dicere seque super ceteros ora-
tione, ac fama sustollere. Alii nihil medii mediique
habere; gladiatorium carminis immanitatem sudere,
numerorum terricula videre; aliqui Poetam desumptorium
appellare. Pauci in utroque consistere, verique iam
partim in Statio plurimum sane poetici coloris, atque
ignis esse, sed tantundem etiam fumi, quo styli can-
dorem non nihil infuscavit carminis maiestatem
tyranno quam regi propiorem videmus; per nubes
ire illum quidem, aut certe trahi; sed inde ad
terras non semel Icario exemplo deponi. Denique
Statium inter Poetas (id quod Alexander inter he-
roas) magnas virtutes magnis vitiis adæquasse.